




SIGILL : COLL : HARVARD : CANTAB : NOV : ANGL : 1650
CHRISTO ET ECCLESIÆ
249



[illegible]

GRAMMATICA EBRÆA MARTINIO-BUXTORFIANA,

John Cheekley

Seu, Grammatica PETRI MARTINI Navarri, quam ex accuratissimis aliorum Grammaticis, præcipuè verò Cl. BUXTORFII, suisque etiam observationibus

SIXTINUS AMAMA

Innumeris in locis ita mutavit, correxit & auxit, ut nova meritò Grammatica dici possit.

Ad Illustriss. & Generosiss.

D. ACHATIUM Burggravium & L. Baronem à DHONA &c.

Addita est Paranesis ad Ecclesias Protest. de excitandis linguarum studijs.




3 8

AMSTELRODAMI,

Apud Henricum Laurentium Bibliopolam.

Typis Fred. Heynsii Typogr. in Acad. Franckerana 1625.


Exch.
Dec. 27. 78
255.933

Illuſtriſſ. Generoſiſſ. & Magnifico D.

D. ACHATIO

Burggravio & Libero Baroni à DHONA, Orthodoxæ Religionis aſſertori religioſiſſimo, & Literatorum Mecœnati literatiſſimo,

Domino meo gratioſiſſimo, Gratiam & Pacem à Domino noſtro JESU CHRISTO, *&c.*



X quo, Illuſtriſs. Domine, Grammatica Petri Martinii Navarri, Cardinali Caſtilionæo dicata, lucem aſpexit, adeò cupidè à viris doctis ſuit xcepta, ut in tanta Grammaticarum nultitudine non aliam tot Scholarum ulpita admiſerint. Erat quidem ea iniio admodum brevis, ſed tamen craſſiſſinis multorum, qui de re Grammatica nte eum ſcripſerant, voluminibus longè lenior. Illi enim, ſi unum aut alterum xcipias, ordinis nullâ habitâ ratione, deò turbatam & confuſam tradiderant anc artem, ut in toto ejus corpore nec aput nec pedes apparerent. Definitioum & partitionum lumina nulla. Et

cum scire sit per causas cognoscere, verbis Martinii utor, causæ porrò sint in generibus, undè species manant, illi tamen, omissis generibus, in specialibus pertractandis omnem operam consumsêre. Hinc Conjugationum tot ferè exempla, quot verba, tradebantur, quæ res non paucos immane quantum à sanctissimo hoc studio absterruit. Nihil jam dicam de confusis Grammaticæ partibus, Etymologia & Syntaxi, & innumeris aliis *λογικοῖς ἁμαρτήμασι*, quæ noster author in aliis * detexit, in sua verò Grammatica diligentissimè vitavit. Definitionum igitur & partitionum lumina intulit, uti Ebræa quoque, non minus quam Latina Grammatica, omnibus partibus integra lucem aspiceret. Et quod ad materiem artis, quæ in præceptis est, attinet, lege veritatis, justitiæ & sapientiæ religiosissime observavit; *veritatis*, dum nulla præcepta nisi omninò & necessariò vera; *justitiæ*, dum nulla nisi homogenea in Grammaticam suam recepit; sapientiæ denique, dum, ut præceptum unumquodque esset proprium, generalia generaliter & semel, specialia specialiter & sæpius disseruit. Jam verò quantum ad formam

* In Technologia sua.

artis, unicum illud præceptum, quo absolutè & omninò priora præire jubentur, in concinnanda hac Grammatica semper ejus oculis fuit obversatum. Ita demum falsa & superflua resecando, quæ deerant supplendo, omnia denique distinctè bonoque ordine disponendo, artem hanc multis modis commodiorem & illustriorem reddidit, sicuti clarius intelligent qui ejus Technologiam (quam omnibus Methodi studiosis unicè commendamus) legerint. Hunc verò fœtum suum, postquam edidit semel, non abjecit, sed iterum iterumque poliendum & accurandum suscepit, unde singulis Editionibus Grammatica hæc ab ipso prodiit auctior & limatior. Scilicet nulla res consummata est dum incipit, & in omni negotio longè semper à perfecto fuere exordia: nihil inventum & perfectum fuit simul. Nec dubitandum, quin perfecisset magis, si superfuisset diutius; & eorum, qui post ipsum in hac palæstra desudârunt, scripta legisset. Nullam inferet Martinio injuriam, qui defectus aliquos Grammaticæ ejus ascripserit. Non paucos in ea observasse dicitur Ed. Livelæus, clarissimus olim Cantabrig. Professor, sed quæ

adhuc ſint ἀνέκδοτα. Multos etiam indicavit in notis ſuis Gul. Coddæus. Qui verò Buxtorfianam cum hac noſtra contulerit, is longè plures obſervabit, inter quos neutiquam poſtremus ille eſt, quod Syntaxin minus plenè perſecutus ſit. Ipſe quoque, ex quo, ſuadente Cl. & Pio Theologo GUL. AMESIO, eam publicè privatimque prælegi & ad textum Bibl. applicui, non paucos in ea deprehendi. Non tamen ideò abjiciendam cenſui, quam unanimis ferè doctorum conſenſus prælectioni maximè idoneam, utpotè in tanta brevitate ſi cum aliis conferas, maximè plenam, judicavit. Cogitare itaque cœpi de ſupplendis iis, quæ ipſe author, ſi per fata licuiſſet, fuiſſet ſuppleturus. Animavit hîc fluctuantem adhuc magnum illud Eccleſiarum noſtrarum luminare, quod magno Eccleſiæ detrimento non ita pridem occidit, D. ABR. SCULTETUS, qui & ipſe ex hac Gramm. Ebraïſmum didicerat. Magnum apud me pondus habuit magni iſtius viri exhortatiò, quem ego ceu Patrem ſemper colui, quique me viciſſim ut filium ad extremum uſque halitum amavit. Cum ab illo digreſſus, (ſuperiore æſtate paucis

ante beatum ejus ex hoc exilio excessum hoc accidit) Groningæ apud maximi nominis Theologum & Philologum D. FRANC. GOMARUM, insignem studiorum meorum promotorem, qui hanc quoque Grammaticam tot jam annis versavit, diverterem, cum illo quoque hac de re sermones serui, atque ex brevi isto colloquio multa hausi, quæ in Grammaticam hanc quoque transtuli. De quibusdam etiam contuli cum Nobiliss. viro, Constantino L'EMPEREUR SS. Th. D. & apud Geldros Professore, qui Cl. illum Philosophum ROD. SNELLIUM hanc Grammaticam interpretantem audivit Juvenis, & eandem nunc Hardrovici prælegit. Usus quoque sum laboribus Eliæ Levitæ, Kimchii, Cevallerii, Junii, Bertrami, Scindleri, nec non Cl. virorum, Pręceptorum meorum, DRUSII & ERPENII, quorum hunc quoque infelix hic annus nobis eripuit, magno Ecclesiæ, Reip. literariæ, & Acad. Leidensis detrimento. Restat incomparabilis ille Ebræus, JOH. BUXTORFIUS, quo non alius Grammaticam Ebræam, præcipuè verò Syntaxin, perfecit diligentius. Ea causa est, cur hanc Grammaticam MAR-

TINIO-BUXTORFIANAM vocaverim. Sed & illud ſine jactantia dixero, à meis quoque ipſius obſervationibus huic Grammaticæ aliquid acceſſiſſe, illudque me dediſſe operam, uti hæc Syntaxis N. quoque Teſtamento (in cujus literali interpretatione etiam Græcè peritiſſimo, ſi Ebraicè neſciat, paſſim hærebit aqua) lucem inferat. Quæ ad textum Martinii addidi, charactere, quem *curſivum* vocant, duobus uncinulis incluſa exhibui, quod ipſum tamen ſemel ac iterum neglectum eſt. Quę verò in textu Martinii mutavimus, idem character, at ſignis iſtis non incluſus exhibet. Hoc verò † omiſſionis, illud * tranſpoſitionis alicujus pręcepti vel exemplorum ſignum eſſe volui, quamvis in Syntaxi rarius ea obſervata ſint. In numero Capitum nihil mutavimus. At capita paragraphis diſtinximus, quæ diſtinctio in praxi magnos præſtabit uſus. Anomalias quomodo diſtinxerim, in appendice ad Gramm. p. 230. diſſerui. In univerſo denique opere ita me geſſi, ut rationes mutationum, omiſſionum, & additionum unicuique paratus ſim reddere, modò petantur modeſtè & ſine felle. Si quis errores meos mihi monſtraverit,

Iacob. Mart. Præf. in N. T. Syriac. Troſtii.

verit, præter eos quos ipſe jam obſervavi, grato animo agnoſcam & novâ Editione, ſi Deus vitam protraxerit, corrigam. Deum ego teſtem habeo, nihil mihi propoſitum fuiſſe minus, quam honori & meritis Cl. MARTINII vel tantillum detrahere. Auditorio meo hunc laborem potiſſimum exantlavi, ex quo tamen & alios uberes fructus percepturos ſpero. Martinianam benignè olim excepit *Cantabrigienſis* Academia, authori hoc præcipuè nomine, ut ipſe ait, chara, quod Petrum Baronem haberet Theol. Profeſſorem, ipſi indè ab adoleſcentia conjunctiſſimum. Sed & ego confido hanc Editionem benignè quoque excepturum alterum illum Angliç oculum, dulciſſimam mihi olim Matrem, Almam OXONIENSEM, ac in ea collegium *Exonienſe*, cui quantum debeam haud facilè dixero. Habet ea adhuc viros Reverendos, & Cl. Doctores Theologos, D. JOH. PRIDEAUXIUM Regium Theol. Profeſſ. & Acad. Pro-Cancellarium, D. GULIEL. LANGTHONUM Collegii Magdal. Præſidem Magnificum, optimè de me meritos. Docet illic cum laude, Regis ſtipendio, Cl. vir Eduardus MEETKER-

KIUS, & ipse Th. Doctor, mihi dum illic vixi, conjunctissimus: vivunt illic complures Doctores & Magistri, quos in Ebraismo institui, quorum memoriam à me cum benevolentiâ coli, aliàs, si Deus volet, ostendam.

Quod restat, Generose & Illustriss. Heros, hanc Grammaticam aliqua ex parte meam (cur enim sic non vocem quæ tot laboribus & inconnivis vigiliis mihi constitit?) T. G. strenæ loco offero & antiquâ formulâ, do, dico, consecro. Insitata est illa humanitas, & cujus vel sola recordatio ruborem mihi exprimit, quam T. G. mihi obscuro & inglorio homuncioni exhibuit. Quis enim ego & quid in me, quod mereatur tam honorificum judicium? Contrà, splendorem & magnificentiam Illustrissimę vestrę familiæ quis ignorat? In ea tamen fortuna sic vobis moderamini, ut humanitate nemini concedatis. Quid dicam de studiis? Orthodoxam Theologiam didicistis ipsi atque intelligitis optimè. Ideò zelus ille, quo eam propugnatis & asseritis, secundum scientiam est. Opes vestras promovendæ pietati & sublevandis egenis impenditis, & ne Ecclesiæ Dei Pastores

idonei desint, vestris sumptibus magnæ spei adolescentes in Scholis & Academiis alitis. In lectione Bibliorum & exercitijs pietatis assiduè occupamini. Diversas linguas callctis, quarum notitiam accuratissimarum variarum gentium versionum cum fontibus collationi pręcipuè impenditis, atque ita horum temporum tædia sanctissimis meditationibus mitigatis. Verbum non addam, ne in adulationis notam apud G. T. incurram. Illud solummodo peto, ut G. T. hoc munusculum, licet persona sua non satis dignum, serenâ tamen fronte accipiat, tanquam testimonium mei erga G. T. cultus & observantiæ. Deum O. M. veneror, ut T. G. atque Illustrissimos Fratres diu servet incolumes bono Ecclesiæ & Reipubl. Christianæ. Dabam Franek. ex Musæo meo, 6. Januarii 1625.

T. G. devotissimus

S. AMAMA.

SIXTINI AMAMA

SUPPLEX PARÆNESIS

Ad Synodos, Episcopos & Super-Intendentes Ecclesiarum Protestantium, de excitandis SS. Linguarum studiys.

NON ignoratis Reverendi Patres & Fratres, primarium Sacri Codicis è superiorum seculorum tenebris eruti, Tenebrarum Papismi discussarum, Religionisque repurgatæ instrumentum fuisse Solem Ebrææ & Græcę linguę, qui multis retrò sæculis Christianismo non illuxerat. Cum enim Gregorius Tifernas, decreto Concilii Viennensis subnixus, circa annum DOMINI 1470. Academiæ Parisiensis Rectori indicasset, sibi propositum esse literas Græcas profiteri, postulato etiam stipendio, mirabantur omnes hominis peregrini, nec ab Academiâ accersiti, audaciam. Cum autem ille urgeret decretum, quod Scholę etiam Parisiensis mentionem faciebat, Rectorque ad Senatum retulisset, introducta denuò in Scholam illam fuit ea professio, quę tot sæculis jacuerat. In eadem ferè tempora incidit linguę Ebrææ παλιγγενεσία. Ioh. Reuchlinus, aliàs Capnio dictus, postquam fundamenta linguę S. à Iudæo quodam Abdiâ (cui pro singulis horis singulos aureos pendebat)

Romæ

Romę in legatione didicisset, primus Ebręas literas in Academ. Germanicis docuit, editis etiam Grammaticâ & Dictionario. Sed nec illud vos latet, quanto cum furore efferatus ille humani generis hostis per Colonienses, Lovanienses & Sorbonicos Theologos, atque adeò universam Monachorum conflugem, sese his initiis opposuerit. Quid enim intentatum reliquerunt? Quid non passi Reuchlinus, Erasmus, Pagninus, Arias Montanus & alii, cætera Pontificii, non aliam ob causam, quàm quod propagationi linguarum incumberent. Adeò enim tristis erat facies istorum temporum, * *ut in authoribus Latinis Græcè nosse suspectum fuerit: Ebraicè autem, propè hæreticum.* Sed magis notę sunt istę Tragœdię, quam ut opus sit iis recensendis immorari. Videamus progressum. Quò magis æstuabant Monachi in extinguenda hâc luce, eò magis laborabant beata & divinitus excitata ista ingenia, in eâ fovendâ & propaganda. Et sicuti palma quò magis premitur, eò insurgit vehementius, ita & nostri animos sumebant ab impotentibus Monachorum declamationibus, ipso quoque Leone X. (ubi digitum Dei agnoscitis) & Cardinali Grimano studia humaniora promoventibus. Ex eo Vulgatâ illâ res suas sibi habere jussâ, Textus Ebręus in V. Gręcusque in N. T. authenticus haberi cœpit. Ex eo aditus apertus ad limpidissimos Israelis fontes, quos Romanorum Pastorum invidia tot seculis obthuraverat. Ex eo Biblia, liber tot seculis plebi incognitus, in omnium manus devenêre. Ex eo Versiones S. Codicis,

* Claud. Espensæus Episc. Gallus ad 2. Tim. 3.

non ex lacunis Vulgatę, sed ipsis fontibus deri-vatas, omnes ferè nationes consecutę sunt. Hâc ratione Sol Euangelii vestris nationibus illuxit. Adeò non fefellit Diabolum ejusque instrumenta triste augurium: nec frustrà Paulus 2. jam tum omnem movebat lapidem, ut omnia humanitatis studia extingueret. Quippè adeò oderat ea, ✝ *ut ejus studiosos ad unum omnes hæreticorum nomine verberare consueverit: Undè & Romanos sæpius admonuit, ne filios suos diutius in literis occupari paterentur. Satis esse, si legere & scribere duntaxat didicissent.* *Novi*, inquit alicubi B. Lutherus, *quantopere mihi contra hostes meos profuerit linguæ Ebr. notitia. Certè*, inquit, *quamvis exigua illa sit, cum omnibus tamen totius mundi Gazis eam non commutarem.* Eadem magno *a)* Melanthoni sententia. Experti sunt id ipsum Monachi & Inquisitores, quâ de re lamentabilem Cochlęi & *b)* Melch. Cani querelam *c)* alibi produximus.

✝ Verba Platinæ.

a Tom. 4. Orat. pag. 471.

b De locis l. 2. cap. 13.

c In Proleg. censuræ nostræ ad Pentateuchū, cap. 1.

d Orat. tomo 4. p. 465.

e In locis communibus titulo de linguis Scripturæ.

Sed inęstimabile, hoc Dei donum quomodo excultum fuerit, breviter videamus. *Reverendus Vir Lutherus*, inquit *d)* Melanth. *quam graviter nos ad linguarum studia sæpè hortatus est, & negligentiam studiosorum castigavit? Videbat enim* inquit Melanth. *non aliam ad Veterem Barbariem reducendam, magis compendiariam esse viam, quam si studia ling. interirent.* *e)* Musculus, Bucerus & alii piè docti Theologi supinam illam juventutis ignaviam κερτομίοις ἐπέεσσι insectati sunt.

Sed qui tunc temporis in Academiis studebant, respondere poterant, sibi rem esse cum ejusmodi adversariis, qui & ipsi literas istas ignorarent, ac

proindè non valdè necessarium sibi videri linguarum studium. Nostri verò adolescentes quid prætendent? *Pontificij*, inquit * Tarnovius, *vigilant tandem, vigilant Photiniani, dum omnes Biblia sacra in fontibus perlustrant &c. Nos verò maximam partem dormimus securi, nec fontes multùm curamus, versionibus solis delectati.* Atque utinam vel posterius illud de versionibus verum esset. *Optimus Juris-Consultus*, inquit B. Lutherus, *qui in textu versatus. At jam* inquit, *mox ad Commentarios proruunt. Nostri studiosi*, inquit Cl. Amesius, *eas tantùm Scripturæ particulas inspicere curant, quas ad locum aliquem communem vel controversiam definiendam ab alijs vident citari. Linguis perdiscendis nullam impendunt operam, Logicam supervacaneam esse autumant: Postillis, commentarijs & sæpè etiam commentis hominum fidunt. Præceptum Servatoris est*, inquit beatæ memoriæ * Scultetus, *scrutamini Scripturas. At nostra juventus*, inquit, *magnam partem non scripturas divinas, sed humanas scrutatur, & eristicos Magistrorum suorum libellos, quâ de caussâ notiores ei sunt definitiones & distinctiones hominum, quam Dei, nec, ut Apollo, potens est in Scripturis Dei, magno suo, maximo Ecclesiæ damno. Ita ex Sophisticis disputationibus artem rixandi, altercandi, benè dicta pervertendi sibi familiarem reddunt &c. De linguarum interim studio & investigando genuino Scripturæ sensu nunquam seriò cogitantes.* Veras esse has Euangelicorum querelas omnes qui in Academiis vivunt oculati testes sunt. Magna hæc est ingratitudo viri P. & Fr.

* Clariss. & felicissimus Scripturæ apud Rostochienses interpres.

* Præfat. in Exercit. Euangel. quod postremum ejus scriptum est.

* Verba Musculi, loco ut supra.

magna securitas. Ingratitudo: dum * *oblata donorum Dei facultas adeò contemnitur, & quidem, quod peccatum auget, in ejusmodi locis, ubi dona gratiæ Dei exposita sunt, & sic in promptu, ut etiam fastidientibus obtrudantur.* Securitas, dum videmus hostes Ecclesię sese nostris armis armare, & tamen dormimus. Magna hæc rerum vicissitudo est, & agnosco hic profundum Satanę stratagema. Initio Reformationis, dum apud illos Cimmerię tenebrę, in Ecclesiis nostris florebant linguę & S. Scripturę studia. Magnos & incomparabiles, eosque quamplurimos Scripturę Interpretes & qui cum ἐξουσίᾳ, potentes in Scripturis, docebant, habuerunt illo seculo Protestantes. At postquam illos pudor ad hæc quoque studia coëgit, eadem apud nos frigere cœperunt. Celebris ille Dominicanus Bannes alicubi ait se in extremâ senectute Ebræam linguam didicisse, ne amplius ab hæreticis rideretur. Campanella querebatur, Hæreticos Belgas totumque adeò Arctoum orbem adversus Papatum Grammaticale bellum gerere, ideoque quęstiones Grammaticas cum Hæreticis abrumpendas, eosque à studiis istis abducendos suadebat. Hoc consilium quò felicius illis successit, eò diligentius in linguarum studia incubuere. Testes sunt Iesuitarum Scholæ & scripta. Testes illorum Grammaticæ, Orationes & Ellogia, ex quibus unicum protulisse sufficiet, eò magis mirandum quia est & Hispani & Monachi. * *Dico*, inquit, *non posse verè dici Theologum, qui in Ebraïcis literis non mediocriter fuerit institutus.* Quod elogium Iesuita

* Alphonsus Mendoza Augustinianus Prof. in Acad. Salamant. in Quæst. positivis, quæst. 10.

Serarius

) Serarius suo quoque calculo approbavit, & estimonio b) Villa-Vincentii firmavit.

a Proleg. Bibl. p. 207.
b Lib. 1. de rat. studii Theolog. cap. 19.

Cum autem hæc ita se habeant, ut negari haud ueant, duo ponam. 1. Omnibus Theologiæ udiosis annitendum esse, ut ad mediocrem peitiam Logices & Latinæ linguæ (cui tot annos ulgò impendimus, licet ne unicus quidem apex erbi divini eâ originaliter consignatus sit) adjunant mediocrem Ebrææ & Græcæ notitiam. 2. Ut utem S. Ministerii Candidati hac in parte offiium suum in Academiis faciant, in VV. RR. otestate esse ostendam.

Quod ad 1. attinet, illud vel ex eo satis superue probatum videri possit, quod prædictæ linguæ c) Patribus, d) jure Canonico, omnibus Theoogis Euangelicis, ipsisque adeò Socinianis, & uditissimis Iesuitis, hujusque ævi Monachis nuerentur inter *necessaria Theologiæ instrumenta.* ed ut distinctius & pressius id agam quod inteno, sic progrediar.

c Hieron. Epist. ad Sun. & Fret. & in Zach. 8. August. de Doctr. Christian. 2. 11.
d Distinct. 9. cap. ut Veterum.

1. Textum Ebr. in V. Græcum in N. T. esse ithenticas fidei Christianæ tabulas apud nostros confessò est. Quin & illud necessariò dabunt ex Pontificiis illi, qui in Vulgatâ Latinâ multos rores Interpretis, in textu autem Ebræo paucula orariorum errata agnoscunt. Hoc fuit Reforationis fundamentum. Pro hâc thesi primi rotestantium Theologi tantis animis decertâint. Eritne ergo jam adiaphorum eas linguas iscere aut insuperhabere?

e ut Bannes & alii.

2. Et illud constat, utrique isti textui, Græco Ebræo, & quidem soli, competere magnificum



illum titulum authentici & infallibilis Verbi divini, & authentici instrumenti fœderis. Nulli enim versioni ista competunt, nisi cum hac restrictione, QUATENUS cum authenticis tabulis convenit.

3. Nec illud Euangelicorum quisquam negaverit, versionem nullam dari posse, quæ in omnibus cum authenticis tabulis conveniat. Vt omnes linguæ, ita & Ebræa suas habet proprietates aliis imperceptibiles. Spiritus S. qui non solum materiam sed & verba suis amanuensibus inspiravit, ejusmodi characteres Majestatis, gravitatis & ἐνεργείας huic authentico textui impressit, quos nulla interpretatio valeat exprimere. *Vndè præclarè judicabant omnes Veteres*, verba *a)* Iunii *singulas translationes rivos esse, ductos ex purissimis fontibus humanâ operâ, ac proindè sordibus ex infirmitate hominis inquinatos, authoritate cum authenticâ formâ non comparandos.*

4. Cavebunt Euangelici (certè cavêrunt hactenus) ne suis versionibus plus tribuant, quàm Pontificii Vulgatę Latinę, quantum ad authoritatem attinet. Iam verò *b)* Vega, Senensis, Canus, Andradius, Lindanus, Eugubinus, Oleaster, Cajetanus &c. agnoscunt in sua versione multos errores Interpretis. Serarius Iesuita *c)* adversus Gretzerum defendit, meliorem & perfectiorem versionem dari posse, cujus argumenta *d)* alibi produximus. Frater Aloysius Catanæus sententiam suam Tridenti dicturus de authenticatione, ut sic dicam, Vulgatę Versionis, ajebat inter alia *Card. Cajetanum dicere solitum, eum qui Latinum solum*

a In Ellogio ling. S. quod ante Grammat. ejus.
b De quinq; prioribus vide Azoriũ Inst. mor. tom. 1. libr. 8. c. 3. Eugub. Steuchus in Recogn. Pentat. Bannes in Thom. parte 1. q. 1. art. 8. Cæteri in suis comment.
c Proleg. Bibl. p. 120. col. 2.
d In Proleg. nostris ad collat. Biblicam p. 48. & 49.

*ımmodo textum intellıgeret, dici non posse infal-
le Dei verbum intelligere, Talis enim, inquie-
, solummodo intelligit vocem Interpretis, qui
oribus obnoxius est &c.* Cui ignoti sunt 4. isti
sus, queîs, judice * Bellarm. ad Fontes recur- * de verbo Dei lib. 2. cap. 11.
ıdum est? quod enim hoc voluerit, exempla
e adducit, satis ostendunt. 1. inquit, *cum
Lat. Codicibus est error librariorum, 2. Aut
ersa lectio. 3. Aut aliquid anceps in Verbis
sententiâ. 4. Aut cum in Versione energia aut
prietas vocabulorum intelligi non potest.* * Ca- * De locis lib. 2. 15.
; inter alios hos quoque addit, 5. *ut quædam
ı intelligamus, quæ clarius verti potuissent, &
: sine linguarum notitiâ explicari non possunt.
Ad intelligenda Ebræa vocabula, quæ ob rationes
Versionibus remanserunt.* Iudicate viri P. &
annon totidem defectus in Vulgatâ agnos-
t. Omnes istos nisi rotundè in Versionibus
tris receptis singuli agnoscamus, non eam de
hentico Dei verbo opinionem habemus, quam
emus. Hoc ergo rogare mihi liceat, utrùm
doneus verbi D. Interpres haberi possit, qui
puram putam inertiam, & voluntariam insci-
a, ex prædictis istis casibus, puta variis lectio-
us, erroribus librariorum & ambiguitatibus,
fontes recurrendo, se extricare non potest?
i proprietatem & emphasin verbi D. ubi ha-
i ea potest, intelligere non vult, atque adeò
lta loca, quæ sine originalis linguæ cognitione
ipsorum Pontificiorum judicio intelligi non
sunt, explicare non potest? Accedant hùc
o alii casus, 1. *Cum locus malè versus est.* 2.

Cum loci alicujus variæ & discrepantes interpretationes sunt, quomodo, quæso vos, is se expedie qui hunc judicem adire & consulere non potes

V. Illi, quos solis versionibus contentos es cogit Orig. linguarum inscitia, aliorum oculis vident, a) *aliorum manibus credulâ simplicitate committunt clavum seu gubernaculum mentis su ut si incerti essent in incerto mari.* Hi cum De per interpretem loquuntur. Hi aliorum ocu vident. b) *Hi cum plebe in atrijs stantes è longi quo sacra contuentur.* At qui Scripturam Originalem legit & intelligit, suis oculis videt, c) *cum sacerdotibus in ipsa penetralia admissus, omnium quæ intus aguntur, ipse arbiter & testis e*

a Iunius in Elog. ling. Sanctæ.

b Walæus Orat. de stud. Theo.

c Idem.

Nunquid res insueta & insolens est, Legatu cum suo, à quo legatur, principe, per interprete agere? Atque adeò omnia, quæ per Interpret instituuntur colloquia, annon admodum incei sunt? d) *Themistoclem hoc docuerat experient. Is apud Persas exul & colloquium Regis expetei animi sui conceptus in Regis sinum per interprete evaporare detrectavit: Sed ut fideliter mutuæ dare tur & redderentur voces, integri anni spacium li guæ Persicæ discendæ postulavit.*

d Rainold. in Epistol. Anglic. ad amicum.

Exemplum hinc sumant Candidati nostri Naziræi Domini, *qui hùc destinantur, ut no semel, sed quotidie & toto vitæ curriculo cum Re Regum & Domino dominantium de rebus gravi mis, utpotè salutem suam & aliorum concernen bus, loquantur, ejusq; mandata deferant.*

Erpenius Orat. de L. Ebr.

Mercatores mihi videte. Vt certius res si agant, Gallicam, Hispan. Ital. Turcicam & qu

n linguas magnâ cum molestiâ discunt. *e) Et* *e* Ex Cun. de Rep. Ebr. Præf. libri 3.
tquam naves nostræ etiam alium orbem petiêre,
n Indis loquuntur barbarè. Tam ingeniosi &
iosi cum illi sint in sua generatione, nostri Na-
æi solas illas linguas contemnunt, quas unicas di-
isse esset operæ pretium. Sed ut redeat eo undè
lapsus est sermo, Patrum & Scholasticorum
mmentaria docent, quid sit, Sacras literas &
i oracula ex ore Interpretis accepta, sine Orig.
guarum notitia explicare. *Aperuêrunt illi,*
uit Melanthon, *seras securibus, & ligna clavo*
erunt. Magnus ille Lutherus, * *nunquid hoc te* *Epist. de Scholis erig.
vet, inquit, *quod sanctissimi Patres in expli-*
dis scripturis adeò frequenter impegêrunt? Et
t subindè rectè aliquid dixerint, incerti tamen
runt, an videlicet in Originali ita esset ut illi
erpretabantur. E. G. *Rectè docuerunt, Chri-*
m esse filium Dei. Sed quam ridiculos se adver-
ijs nostris præbent, dum id probare satagunt ex
al. 110. Tecum principium in die virtutis tuę,
n isthic loci deitatis Christi nulla fiat mentio.
rtè Adversarij hac ratione in erroribus suis magis
gisq; confirmantur. Rogas ergò causam cur Re-
io nostra sic derideatur? Non alia ea est quam
guarum ignorantia. Atque hic nullum, nisi à no-
ia linguarum, expectes subsidium. Et paulò post,
u sind aller alter Vater auslegung / die
n sprachen die Schrifft haben gehandelt/
b sie wol nichts unrechts leren) doch der
stalt/ das sie offt ungewisse/ unebene/ und
zeitige sprüche fuhren / und tappen wie
blinder ander wand / das sie gar offt des
 rechten

rechten Texts feilen / und machen ihm ein nasen nach ihrer andacht. Ad summam, dic non potest quantas frustrationes dictarum lingua-rum ignorantia Patribus & Scholasticis, quorun multi cætera fuêre excellentissimi, attulerit, & f) *quàm miserè plerisque in locis cœcutierint.* E dubitamus adhuc, quin verè dixerint Viri magni g) *Ebraismorum ignorantiam horrendos errores in Ecclesiam invexisse?*

f Beza ad Matth, 16.

g Mercerus & Paræus ad Genes. 48. 16.

6. At omnia hæc incommoda mitigari aliqu modo possent, si aut cum nullis, aut ejusmodi ad versariis nobis res esset, qui aut linguas ipsi igno rarent, aut in recipiendâ unâ & certâ version nobiscum consentirent. At res longè se habe aliter. Ajo itaque nullum Ministrum qui lingua rum rudis sit, in arenam posse descendere cun docto Papistâ, Sociniano &c. ne dum h) *os poss obthurare adversario*, quod tamen Apost. in Mini stro desiderat. Nulla Versio utrinque recepta est Vltimum principium est originalis Textus.

h 1. Tit. 1. 9. & 11.

7. Quotquot ex Polonia, Transsylvaniâ vici nisque locis ad nos transeunt, uno ore testantur Socinianos, tàm laicos quàm Ministros, etiam in extremâ senectute, nullâ sumptuum habitâ ratio-ne, his studiis incumbere, dummodo vel mini-mam nancisci possint occasionem. Quid putati miseros istos mortales intermissuros, si ea offer-retur iis oportunitas, quâ juventus Belgica fruitur.

8. Dicam quid amplius, inter Anabaptistas, omnis olim eruditionis osores acerrimos, hodie non desunt, qui utramque linguam callent, Ali iis discendis adhuc incumbunt; sunt etiam qu

filios

filios suos linguarum notitiâ imbui curant. Iudicent RR. VV. nunquid nostrorum negligentia eos ad hæc studia impulerit, & quid nostris Ecclesiis, nisi alia ineatur via, hinc expectandum sit.

9. Cum ex Bellarm. aliisque Pontificiis constet, eos hùc subindè descendere, ut à Vulgatâ ad fontes provocent, quæro annon res pudenda sit, inter Euangelicos tot reperiri, qui tali casu Pontificio ex fontibus satisfacere non possent. Ipsorum doctissimi hodiè textum Ebræum à Iudæis corruptum esse negant, & utiliter ad fontes recurri posse, quin subindè necessariò ad eos recurrendum esse asserunt. *i*) Bellarm. etiam invicta sæpè ex illis adversus Iudęos argumenta peti posse agnoscit, ubi vulgata nihil suppeditat. Nostri verò, quasi fontes corrupti, quasi pleni viperis & serpentibus essent (ut Monachus quidam olim de fontibus concionabatur) ab iis abstinent.

i de Verbo Dei lib. 2. cap. 2.

10. Nullus eruditi Theologi commentarius, uti nec pleraque doctorum Polemica cum fructu legi possunt sine linguarum notitia. Quis intelliget nedum urgebit argumentum, quod à phrasi, voculâ, quin uno sæpè apiculo & accentu depromitur? Et quod ad Comm. attinet, periculum faciant in Hier. item Calvino ad V. & Bezâ ad N. Testam.

11. Digna consideratione est ingenua Bellarmini, quam nostri egregiè exagitant, confessio, *k*) *multa*, vid. *celebrata fuisse Concilia, in quibus aut nulli aut quàm paucissimi fuerint Ebrææ linguæ periti.* *l*) Patres Concilii Ariminensis ab Arrianorum fautoribus rogati, utrùm in Christum an

k de Verbo Dei lib. 2. cap. 10.

l Ruffinus hist. Eccles. l. 10. ca. 21

ὁμοούσιον crederent, ὁμοούσιον abnegantes, se in Christum credere professi sunt. Atque ita vox ea, pro qua tot prælia depugnata erant, in spongiam incubuit. Sed pro istis responderi posset, nullam de Vulgatâ ipsis litem fuisse motam, nullamque omninò tunc fuisse occasionem literas istas discendi. At si nostris Ecclesiis idem aliquando eveniret, quæ maria eluere possent tam pudendam ignominiam?

12. Sed & illud ab omni ævo docuit experientia, studium sacrarum linguarum & Scripturæ individuos esse comites. Et unde peti possent illæ, nisi ex hâc? Vbi exerceri, nisi in hâc? Contrà, neglectum & contemptum linguarum semper comitatus fuit contemptus Scripturæ. Grassante superioris ævi barbarie, jacebat Codex Sacer. Thomas, Lombardus, Aristoteles, magis sonabant in Scholis Theolog. quàm Christus, Prophetæ, Apostoli. Quod si non ineatur ratio, ut studia linguarum magis floreant, *certò certius est brevi futurum*, verba Musculi, *ut doctis aliquot viris è medio sublatis, pristinæ errorum tenebræ, imò crassiores etiam in Ecclesiis obtineant: Sic puniente Deo præsentium temporum ingratitudinem ac donorum suorum contemptum. Est enim æquissimum, ut qui benedictionem scientiæ Dei aversantur, hâc ablongatâ, maledictione errorum & ignorantiæ ad summum usque obruantur.*

13. In primitivâ Ecclesiâ, cum summa cum difficultate lingua Ebr. disceretur, non defuêre in utroque sexu, qui animos suos ad ea studia

appelle-

appellerent. *Hieronym.* quanto impendio & labore linguam Ebr. didicit? *m) Origenes jam grandævus contra naturam ætatis & gentis suæ Ebraicè didicit.* *Augustinus* jam provectâ ætate Græcè discebat, & passim dolet, sibi non licuisse Ebrææ notitiam addere. Cum tamen intelligeret, quantas sibi frustrationes afferret ejus ignorantia, hortatur omnes Scripturæ studiosos, ne ullam occasionem ejus discendæ negligant. *n) Paula & Eustochium* Hieronymo ἐμαθήτευσαν. *o) Quin Blæsilla Paulæ Filia paucis diebus difficultates linguæ S. superavit, adeò ut in discendis canendisq; Ebraicis Psalmis cum matre contenderet.* Hoc Matronæ & Virgines isto difficili ævo præstitérunt. Et quem nostri Nazirei, qui doctissimo hoc ævo vivunt, suę inertię obtentum quęrent?

m Hieron. in Catalogo Scriptorum Eccles.

n Hieron. Epist. 27.

o Epist. 25.

14. Et superiore & hoc nostro seculo non defuére Iuris-Consulti, Philosophi, Politici & alii, quorum alii in extremâ ætatis tegulâ his studiis se applicuére, alii eadem magno studio promovérunt, ut *Masius*, *Witmanstadius*, *Veltuykius*, *Picus Mirandula*, *Bartolus*, *Rod. Agricola*, *Erasmus*, *&c.* Habet & Belgium in utroque sexu qui in linguarum Origin. studia sedulo incumbunt. Habebit plures, ubi Grammaticam Ebream & Dictionarium cum bono Deo suâ linguâ legent.

15. Provoco tandem ad conscientias omnium piorum Ministrorum, qui aut præceptorum defectu, aut negligentiâ, aut denique malâ studiorum directione has linguas in Academiis non di-

dicêrunt, annon jam in ſanctiſſimi muneris functione & SS. literarum aſſiduâ meditatione agnoſcant, quantas ſibi fruſtrationes illarum ignorantia afferat, Item, annon eos ſuæ jam negligentiæ pœniteat. Annon reapſe nunc experiantur, *p) quæstiones pleraſque, quibus tantum temporis in multis Academijs inſumitur, aut nullum aut omninò exiguum in Miniſterio uſum habere?* Annon graviter doleant, *q) quod in Trivialibus ſcholis tot annos profanis authoribus diſcendis impenderint?* Annon vera ſit *r)* magni viri querela, *quam turpiter non ſolum fontes, ſed tota Biblia à pleriſq; Theologiæ ſtudioſis, alyſq; qui eidem dant operam, negligantur?* Item alterius *s)* Theologi Veterani, *in multis Miniſtris id non immeritò deſiderari, quod fontes raro inſpiciant, & delectum in dictis allegandis nullum habeant, cum tamen magnâ hic opus ſit diſcretione & prudentiâ, ut dicta primaria à ſecundarys, indirecta à directis, dubia à certis distinguantur.* Dicant ingenuè, annon res ita ſe habeat. Ego planè confido, omnes pios in affirmativam ituros, ac proindè cum Virgiliano illo exclamaturos,

O mihi præteritos referat ſi Jupiter annos!

Rogantur itaq; per viſcera miſericordiæ D. noſtri Ieſu Chriſti, ut conjunctis operis id agant ſtrenuè, ut ſanctiſſima hæc ſtudia, temporum injuria propemòdum collapſa, in Eccleſia Dei refloreſcant.

1. Cæteris, quæ hùc accongeri poſſent, miſſis, ad alteram partem tranſeo, ajoque & RR. VV. muneris & poteſtatis eſſe, proſpicere, ne vetus illa Eccleſiis & Scholis denuò ſuperinducatur

p Cl. Walæus Orat. de ſtudio Theol.

q Wolf. Franzius de Int. Scr. pag. 2.

r Iohan. Tarnovii Præf. in Ex. Bibl. Ed. 1.

s B. Meiſneri apud eundem Tarnov. pag. 105.

catur barbaries.

2. Quod ad munus vestrum attinet, non ignoratis illud Apostoli, *t) Ne cui cito manus imponito, neque communicato peccatis alienis.* Audite Erasm. *v) Si usquam vobis permittitis cessare, alibi cessate potius; si delinquere, ubivis delinquite potius quam in hoc negotio omnium periculosissimo.* Audite Chrysostomum, *Qui ordinant indignos, iisdem subjacent pœnis, quibus illi qui indigni sunt ordinati.* Nostis illud Hieron. *Qui indoctum* (qualis is est qui adversario os obthurare non potest) *Pastorem ordinat, cœcum animal Deo offert.* Noverat hoc in mediis Papismi tenebris Episcopus Vltrajectensis DAVID Burgundus, Philippi Boni Filius. *Is cum intellexisset inter tam multos, qui sacris initiabantur, paucissimos esse qui literas scirent, voluit ipse rem proprius cognoscere. Jussit sibi in aulâ cathedram poni. Proposuit quæstiones. Quid fit? Ex trecentis tres tantùm admisit. Cumq; rogaretur, ut moderaretur sententiam suam, reputans, hoc sæculum non gignere Paulos aut Hieronymos, perstitit Episcopus, negans se requirere Paulos aut Hieronymos, sed tamen asinos pro hominibus non admissurum.* Quæ non ita accipi velim, quasi omnes Ebraicè & Græcè ignaros, pro asinis habeam (Deum testem habeo, quàm procul ab ista vesaniâ absim) sed illud volo, indignum esse, hoc & eruditissimo & hæresium feracissimo sæculo, præ quo illud Davidis Burgundi densissima nox fuit, ubi nullo labore aut sumptu linguę istæ disci possunt, ad Ministerium admitti juvenes, qui, quâ lingua Apostoli & Prophetæ scripserint,

t 1.Tim.5.

v In Eccl. libr. 1.

apud Erasmum in Ecclesiaste l.1.

cujusque

cujusque idiomatis aut significationis sint istæ, quæ nobis quotidie in ore sunt, voces sacræ, planè ignorant.

Potestatem etiam vestram hac in parte non ignoratis. Imitamini exemplum Davidis Burgundi & brevi aliam Ecclesiæ faciem videbimus. Sequimini laudabilem Gallicarum Ecclesiarum consuetudinem, ubi Theologiæ Candidato, in utriusque Testamenti originali textu illud quod Præsidi Codicem aperienti se primò exhibet caput, legendum & interpretandum proponitur. An minor in Angliâ, Germaniâ, Daniâ, Belgio, Helvetiâ cæterisque Provinciis, linguas illas discendi commoditas? An minor necessitas, hostiumve multitudo aut robur minus quam in Galliâ? An minor vestra vestris in regnis provinciisve authoritas, quam Synodorum Reformatarum in isthoc regno? Quod si id impetrari non possit, illud saltem in examinibus cognoscatur, utrùm eos progressus in Scholis fecerint, ut in Ministerio, relictis jam Scholis, proprio Marte possint progredi, illudque sanctè promittant, se qualemcunque illam notitiam porrò aucturos, nec ullo modo commissuros, ut sive negligentiâ sive inertiâ excidat. Fundamenta linguæ Græcæ in trivialibus docentur, quarum novi aliquot sic constitutas, ut quotquot ex iis prodeunt, Novum Testamentum Græcum Grammaticè possint resolvere, Novi scholas, ubi fundamenta linguæ Ebrææ, magno Ecclesiæ & juventutis bono jaciuntur. Quotquot enim ex illis vel minimam Ebræarum

literarum notitiam in Academias inferunt, feliciſſimè & inoffenſo pede videas progredi, dum cęteros ad Elementa illa Alphabetica pudet deſcendere. Vtinam ex Cl. * Franzii voto, ad iſtarum Scholarum exemplum cæteræ quoque conſtituerentur, & Naziræi noſtri à teneris annis, dum florida eſt memoriæ vis, ſacris Bibliis aſſuefierent! Vtinam vel ſemel tandem authores ſacri profanis ſubſtituerentur, aut ſi id obtineri non poſſit, ſaltem conjungerentur! * *Ipſa ratio ſuadet*, inquit, *capaciſſimis puerorum & recentis integritatis loculis memorialibus primo loco imponenda & ad cuſtodiendum tradenda eſſe ſacra illa* κειμήλια, *quorum uſus & in hac & in alterâ vita eſt ſummoperè & unicè neceſſarius. Sæpenumero inquiſivi*, inquit, *ex piis alioquin ſtudioſis ordine, quinam eſſent primi verſus.* E. G. *in Eclogis Virgilij, quis eſſet primus in 1. 2. 3. 4. Georgic. Æneidos &c. Hos verſus iſti mihi expeditiſſimè recenſuerunt memoriter. Cumque ſtudioſos Th. eſſe ſcirem, è veſtigio interrogavi, quæ eſſent prima verba Geneſeos, Exodi &c. Ibi cogitabundi ſteterunt & ignorantiam ſuam cum dolore agnoverunt. Cauſa non alia, quam quod à præceptoribus pueritiæ ad maturam Bibliorum lectionem non fuiſſent aſſuefacti, & quod à pueritiâ, nil niſi profanos verſus ediſcere juſſi fuiſſent. Judaica nec mala admonitio eſt*, Filius quinque annorum ad Biblia accedat. *At apud nos barbatus juvenis 25. annorum vix tandem ad Biblia legenda accedit*, * *ubi arculæ memoriarum iſtis profanis expletæ & completæ fuerunt.* Ita in profanis

* pag. 52.
* pag. 2.
* pag. 4.

ſanis authoribus florem ingenii & ætatis deterimus. At dices hanc querelam reſpectu eorum, qui Theologiæ deſtinantur, forſan habere locum, at Iuriſ-Conſultos, Medicos, Philoſophos & Politicos non concernere. Quaſi non illi quoque Chriſtiani eſſe, & Religionis principia imbibere debeant. Quaſi non annitendum omnibus

Coloſs. 3. 16. eſſet, *ut ſermo Chriſti inter nos copiosè habitet*, atque ita *notitiâ Domini univerſa terra*, juxta Vaticinium Ieſajæ 11. 9. *repleatur*.

a Apud Scultetum obſ. in Mat. & Marc. cap. 74. *a) Scriptura non poteſt intelligi Theologicè, niſi priùs intelligatur Grammaticè*, ajebat magnus Melanthon. Quomodo autem intelligetur Grammaticè, niſi calleas ejus linguæ, quâ edita ea eſt,

b W. Franzius de Interp. Sc. pag. 53. Grammaticam? *b) Qui enim noſſe cupit verbum Dei, ut ab auctore Deo fuit promulgatum, citra omnem literarum, vocabulorum, phraſium & ſententiarum detorſionem, inflexionem, immutationem, additionem, detractionemq́ purum putum, is illud non leget aut intelliget, niſi in eâdem linguâ, quâ*

c Ibidem pag. 14. *à Deo primitus eſt promulgatum*. Itaque *c) Ebrææ & Græcæ linguæ ſtudium deſerere non poteſt Theologus & Theologiæ ſtudioſus, quamdiu huic facultati in his terris operam aliquam navabit*.

d Muſcul. loco ut ſupra. Æquiſſimum ergò eſt, *d) ut non ſolum admoneantur, ſed etiam vehementer urgeantur S. Scripturæ Candidati, ut ſacrarum linguarum Ebrææ & Græcæ cognitionem ſtudiis ſuis, non dico quaſi* παρεργον *adjiciant, ſed inſtar fundamenti in ipſum fundum mentium ſuarum ſubmittant*.

Excuſationes & effugia nulla hic admittenda. Olim ea operariorum erat inopia & meſſis

magnitudo,

iagnitudo, & Academiarum ſtatus, ut multos
ninus benè inſtructos admiſerit neceſſitas. At
unc ea eſt linguarum diſcendarum commoditas
: Miniſtrorum abundantia, ut alios quam ido-
eos admittere nulla neceſſitas urgeat. Multos
tiam, poſtquam ad Miniſterium admiſſi, annos
liquot in vocationis expectatione videas conſu-
nere. At dicunt aliqui, ſe mediis deſtitui, ac pro-
ndè ſibi feſtinandum eſſe. Πρόφασις hæc tan-
ìm eſt. An magnas opes requirit Grammaticæ,
)ictionarii & libelli Ebraici comparatio? Quis
deò à Patronis derelictus eſt? Rurſus, quis ho-
ım recuſantium adeò religioſus diſpenſator tem-
oris eſt, ut non alterum tantum otio, ludo, atque
tinam non etiam, aleâ, compotationibus &
cortationibus, conſumat? Quod enim ad
ræca attinet, illud ſuppono, eam in trivialibus
omparandam Græciſmi notitiam, ut Novum
'eſtamentum Grammaticè poſſit interpretari.
inguæ Ebrææ mediocriter diſcendæ bimeſtris,
el ad ſummum trimeſtris induſtria ſuffecerit.
Ionſtretur unum individuum, quod adeò reli-
iosè tempus ſuum diſpenſet, ut ſanctiſſima hæc
udia, iis in locis ubi ea florent, ſine culpa inter-
niſiſſe dici poſſit. Certè talis rara avis erit in
cholis, nigroque ſimillima Cygno. Et ſi verum
icendum eſt, Reverendi P. & Fr. Eritne rei an-
uſtæ obtentus ſufficiens excuſatio, quominus
liquis ad S. Miniſterium accedat iis dotibus de-
itutus, quas & Scriptura & Canones Eccleſia-
ici exigunt? An Rex ad inſtitutionem Filii ad-
nitteret inidoneum, eò quod res anguſta obſti-
terit,

terit, quominus ea sibi comparare potuerit, quæ in Principis institutione requiruntur? Non putem. Cur ergò Deo & Ecclesiis se obtrudere patiamur, qui donis necessariis instructi non sunt? Si hos ex commiseratione promoves, crudelitatem exerces in Oves Christi. Sed & illam quorundam juvenum præsumptionem gravibus decretis notandam omnes pii censent, qui cum ex Trivialibus Scholis vix semi-cocti prodierunt, de cæteris functionibus idoneè obeundis desperantes, hanc unicam (de quâ Apostolus exclamat, *quis ad hæc idoneus?*) sibi despondent, eamque ambire non erubescunt, exactis in Academiâ vix tot mensibus, quot arti alicui Mechanicæ, nedum Iurisprudentiæ aut Medicinæ, discendæ non sufficerent, nihil minus cogitantes quam illud Nazianzeni, *artem artium & scientiam scientiarum esse animas pascere*, ac proindè olim viros doctissimos & sanctissimos ad Episcopatus, non nisi invitos, sublimatos fuisse. * *Lucullum eâ ingenij felicitate & magnitudine valuisse ferunt, ut Româ ad Mithridaticum bellum profectus, rei militaris omninò rudis, in Asiam venerit perfectus Imperator.* Aut eâdem *ingenij felicitate nostri illi intempestivi Candidati valere debent, aut docent postea, quod nesciunt & quod nunquam didicerunt, ne hoc quidem scientes, quod nesciant illa quæ docere debebant.* Sed ut tandem finiamus, mera hæc effugia sunt, & inanes προφάσεις. Solam & unicam causam in pigritiâ esse, vel id solum argumento est, quod ejusmodi ne tum quidem cum jam ad Ministerium admissi, vocationes expe-

1. Corinth. 2. 16.

* D. Guil. Amesius Orat. ad Academ.

ant & in Academiis otioſi vivunt, horum ſtu-
iorum ulla cura tangat.
Sed nec alii deſunt, qui, ut ingenioſa hic eſt
ertia, doctorum diſſenſiones obtendunt. Iu-
us, inquiunt, aliter vertit hæc & illa, quam Lu-
erus. Piſcator rurſus à Iunio, Beza ab Eraſmo,
Beza rurſus Piſcator, Sultetus & alii diſſident.
uorſum ergò linguarum ſtudia? Reſp. 1. An
gò doctiſſimorum iſtorum Virorum diligentia
trocinium inertiæ præſtabit? 2. An omnis
uſmodi diſſenſus & verſionum varietas Eccleſiæ
oxia eſt? Longè aliter hac de re antiquitas judi-
vit. Præter Auguſtinum enim Hieron. Theo-
oretum, alioſque Patres etiam Origenes credi-
t, non aliud eſſe magis idoneum genuinę loci
cujus ſententiæ eruendæ medium, quam diver-
um Verſionum inter ſe & cum fontibus col-
io. Hoc fine Hexapla & Octapla ſua Origenes
blicavit. Inter alias S. Scripturæ proprietates
c neutiquam poſtrema eſt, inquit Auguſt. quod
ius aliquis Scripturæ locus adeò dives & abun-
ns ſit, ut plures interpretationes, quarum ſin-
læ piæ & bonæ ſunt, admittere poſſit, adeò
idem, ut aberrare vix poſſe videatis, quam-
nque demum eligas, & de eligendâ optimâ
n poſſis non admodum anxiè eſſe ſollicitus.
Dicant mihi boni iſti viri, cur ergo Gramma-
am Latinam, cur Logicam didicerint, cur locis
mmunibus & controverſiis operam navave-
it? An in illis & pręcipuè controverſiis Theo-
gicis nullæ controverſię? An in illis nullæ, in-
r ejuſdem etiam confeſſionis & cathedræ Do-
*** ctores

ctores opiniones dissidentes? 4. Agnosco libens etiam Ebraicè & Græcè doctis magnas adhuc multis in locis esse tenebras. At quid hoc ignavis patrocinatur? Vel hoc solum calcar esse debebat ad diligentiam. Si enim in multa adhuc caligine versantur & per nebulam vident linguarum periti, quantis in tenebris & quam densa in nocte earum rudes versari putandum est?

Sed porrò instant, versionibus & commentariis satis instructi sumus, &, quę insignis eorum modestia est, nos doctissimorum virorum Iunii, Bezæ &c. versiones non corrigemus, inquiunt. Cur ergò linguas discemus? Quasi dicerent, nos possumus ab aliis duci, cui bono ergò oculi linguarum? *Egregiè*, inquit * Martinius, *Erue itaque tibi & oculos corporis. Quidni & iis carere potes? Nec enim deerit qui ducat te.*

* In Technol.

Sed seriò agendum mihi video in ludicrâ objectione. Resp. itaque 1. Piorum & Doctorum Theologorum Versionibus & Commentariis apud pios & bonos debitum manere æstimium. Et quod ad me attinet, ajo me Deo O. M. quotidie agere gratias quam maximas, quod ejusmodi organa superiori ævo excitarit & ornârit, quorum laboribus mihi quoque cum magno meo fructu uti-frui datum est. Repeto tamen quod supra dixi, Eruditum Commentarium legi non posse: nedum intelligi, sine Gręcismi & Ebraismi mediocri notitia. Annon in Hieron. Calv. Bezæ, Drusii, Sculteti, Merceri, Parei, Pisc. &c. commentariis ad singulas Ebręas voces dicendum tibi erit, *Ebraum est, non legitur?* 2. Versionem

nullam

ullam eâ, qua à Ministro fieri par est, accura-one & fructu sine earundem notitiâ legi posse ipra Num. 4. demonstratum est: Quæ omnia quis prefractè negaverit, næ is ostendet, se eâ, ua par est, attentione & diligentiâ sacras literas unquam fuisse scrutatum, cum tamen Salvatoris iandatum sit, *scrutamini scripturas*, Et Apostoli, *itentus esto lectioni, hæc meditare, in his esto.* Ioh. 5. 39. 1. Timoth. 4. 13.
.esp. 3. Alios dari notitię linguarum fines, quam t novę versiones dentur, vel receptę corrigan-ır. Nunquid pręclari satis fines isti, aut utilita-s satis magnę videntur illę, quas supra produxi-ıus? An nullum ergò operę pretium erit, ver-ones cum fontibus contulisse, atque in ipsis fon-bus sese oblectare? An nihil ergò facit ad certi-dinem fidei, Deum ipsum sine Interprete suis ıribus audire loquentem? Audite Melanth. com-ıunem Pręceptorem, * *Scio*, inquit modestissi-a anima, *me vix primis labris degustasse Ebr. r. & Latinas literas. Sed tamen hoc ipsum uod didici, quantulumcunque est, propter judicium religione, omnibus mundi regnis, omniumque ibus longè antepono. Quod eò dico*, inquit, *cum mihi & alijs, qui parum didicimus, videa-s ad veritatis agnitionem, hanc exiguam doctri-ım plurimum prodesse, & ipsi speretis magnum ıs operæ pretium facturos, si linguas mediocriter diceritis.* * *Si fundus aut alia quævis hæ-ditas tibi peregrinanti paterno testamento obti-sset, annon tabulas originales domum redux pos-res? atque ex ipsis potius tuis ipsius oculis cognos-re, quam ex aliorum relatione accipere malles,*

* Tom. 4. Orat. pag. 471.

* Martinius Præf. in Technol.

quid & quantum tibi relictum esset? Quæ ergò supinitas erit, originale æterni patris de cælesti & æternùm permansurâ hæreditate testamentum despicere? At enim inquis, non est necesse. Verum est, nihil est necesse te ipsum oculos habere, & videre, quæ sint opus. Potes enim & alienis oculis credere: potes si quò eundum sit, manu à puero tuo duci. Erue igitur tibi oculos, quia carere ijs potes. Etenim in sacris libris lumen & oculus, quo divina perspicimus, est Ebræa lingua, cujus scientia & fructu cum te tuâ sponte prives, tum tibi oculos eruis, quibus illa cernuntur & cognoscuntur. Et nota, quod ait, *in sacris libris.* Nam & N. T. libri hoc sole illustrantur, * *Illi enim ita sunt Græci, ut verba quidem singula Græca sint, conjunctio autem & phrasis, ut ab Ebræis hominibus, Ebræa plurimum agnoscatur.* * *Licet enim phrasis N. T. originaliter Græca dici possit, non tamen purè fluit, sed liquore Ebræi & Syri sermonis permista est. Quare licet lector N. T. in Græcis literis sit dexterrimè institutus, linguarum tamen Ebrææ & Syræ ignarus, in Græca illius lectione infelicissimè versabitur.* Quibus suffragantur Illyricus, clavis parte 2. p. 664. Calvin. Beza, Pisc. Scult. Drus. Fullerus, Scalig. Buxtorf. Paræus, & alii tam Pontificii, quam Euangelici DD. passim. Quin & causas ejus rei reddit Beza, ad Act. x. in digressione de dono linguarum. Cætera, quæ supra memorata sunt, aut ex iis inferri possent, quid attinet hic inani tautologiá reponere? Contentus ero ad fontium dignitatem astruendam adjicere insigne Ellogium * Hispan.

* Ibidem.

* Iacob. Martinius Præfat. in N. T. Syr. Trostii.

Et Melan. thon. Orat. tom. 4. p. 475.

* Andradii Defens. Concil. Trid. l. 4.

Theologi, *Qui Hebræa*, inquit, *piè & religiosè tractant, multò in illis ampliora de Christo testimonia, quàm in Græcis Latinisq́ offendent.* Nec non illud * Iesuitæ non infimi subsellii, *In Ebraica scripturâ tot esse sacramenta, quot literæ: tot mysteria, quot puncta: tot arcana, quot apices.* Nec omittendum illud B. Lutheri, * *Ebræos Prophetas velle cogere, ut Germanicè* (addo ego quavis aliâ linguâ) *loquantur, perindè esse, ac si Philomelam quis cogeret, ut dulcissimâ suâ melodiâ relictâ, utrisonam cuculi vocem imitari cogeretur.*

* Possevini in Biblioth. selectâ.

* Epistolâ ad Lincum 1528.

Et ut ad versiones revertar, quæso te annon & iste præclarus satis finis est, ut possis Versionem B. Lutheri, Bezę, Iunii &c. contra adversarium defendere? An verò eò impudentię delaberis, ut versionibus istis tanquam authenticis adhærescendum tibi putes? At Socinianus & Iesuita tibi non dabunt tam magnum ἄιτημα, nec difficile ipsis erit te ex hoc imperitiæ azylo extrahere.

Resp. 4. Si hæc perversa modestia primorum reformatorum animos occupasset, ne nunc quidem ex tenebris Papatus fuissemus eluctati. Lutherus Germanicam Versionem, quæ ex Vulgatâ traducta erat, correxit, Lutheranam alii aliquot in locis polivêre. Eandem Vulgatam in V. Test. Iunius, in Novo Erasmus correxére. Iunianam & Erasmicam Beza, Piscator, Scultetus, Fullerus, Drusius, Graserus, Rainoldus & alii magis magisque perfecêre. An putabimus priores à posterioribus contumeliâ affectos? aut hac ratione damnum SS. Literis & religioni illatum? Et

quæ Logica hanc consequentiam probabit, *Hic aliquid correxit in istius versione, ergò doctior fuit illo, aut saltem videri voluit?* Nihil simul inventum & perfectum fuit. Qui prior aliquid præclari invenit & glaciem frangit, plus laudis meretur, quam qui inventis aliquid addit. Illud non nisi magnis ingeniis datum est: hoc etiam mediocribus concessum est. Pręclarè sanè Lutherus, Iunius, Tremellius, Erasmus, Beza, de sacris literis meriti sunt, non eò tamen posterorum diligentiæ omnia preripuerunt. Deus liberè & variè sua dona dispensat. Dies diem docet. Multa olim obscurissima eorum industria illuminavit. Longè plura, in quibus ipsis fuerunt tenebræ, posterorum diligentia partim illustravit, partim porrò illustratura est. Et ut hoc non esset, quid miramur bonum Homerum aliquando dormitare, præsertim in laborioso versionis opere? Nimis augusta res est, nuspiam errare. Atque hęc non eo fine dicuntur, ut beatis istis animabus vel tantillum detraham, sed ut ostendam verissimè dixisse Rev. D. * Scultetum, *nec unius, nec plurium, quamlibet doctissimorum virorum, versionem Ecclesiæ pro authenticâ obtrudendam. Habent n. omnes, ut suas virtutes, ita & vitia.* Liceat mihi ergò de illis usurpare, quod de D. Hieronymo Hieronymus ab Oleastro Inquisitor, * *Hieronymo,* inquit, *non plus tribuendum in sua Edit. si tamen illius est, quam sibi velit ipse tribui. Ipse vero, utpotè vir Sanctus, se aliquando hallucinatum ingenuè fatetur, suamq; versionem in multis emendasse. Quæ non in eum finem produximus,* inquit, *ut virum*

* Observ. in Matth. & Marc. cap. 40.

* Præfat. in Comm. suum in Pentat.

ſanctum traducamus, ſed ut doceamus, eum non Prophetam, ſed hominem fuiſſe. Et cur adoleſcentes noſtri non ipſis magnis illis viris Iunio & Tremellio aurem ſubſtringunt? Illi enim non placere ſibi eos profitentur, *qui rivis humanâ opera ductis ita acquieſcunt, ut vix uno aut altero anno fontes ipſos inveſtigent & conſulant.* Et cur quæſo? *Quum enim præclare,* inquiunt, *ſecum agi exiſtiment, ſi de rivulo humanitus ducto ſorbeant, ubi fons præ foribus eſt, nihil mirum, ſi miſeri juſto Dei judicio tandem eò adducantur, ut paluſtri ulva implicentur & ſordibus inquinentur: quas etſi ſuo ipſi corpore contrahunt, tamen ut ab aliis arreptas mordicus deinceps retinendas putant. At quantò melius veteres ex doctrina Iohannis ad libros S. Scripturæ fidem adhibendam, ad ſua ſcripta judicium afferri poſtularunt &c.* Præfat. in Biblia ad Fred. 3.

Reſp. 5. B. Lutherum, Iunium, Bezam, Piſc. &c. ſuas verſiones ſæpè ſub incudem revocaſſe, multoſque errores emendaſſe, prout vel ipſi, ut dies diem docet, ſuos errores animadverterunt: vel ab aliis, ut oculi plus vident quam oculus, fuére admoniti. Et credemus, cujuſque verſionem ultima recognitione ad eum perfectionis gradum pertigiſſe, ut omnibus poſtfuturis otia fecerint? Addo, Lutheri & Iunii verſiones ſæpè δὶς διὰ πασῶν, diſſentire. Vbi ergò illi ſunt, qui Lutheri Belgicam, Iunii Latinam in Veter. Bezæque in N. Teſt. pro authenticis habent, atque in iis ſecuri acquieſcunt, nunquam in cauſas varietatis inquirentes. Dubitas? Confer eas Pſalm. 63, 20. Ierem. 23. 23. Ezech. 5. 7. Hoſ. 6. 4.

6. 4. Ion. 2. 5. Mal. 2. 16. Quid ad hæc dicent duri-cervices isti adolescentes? An duo textus adeò diversi authentici simul erunt? Non opinor. Vtrum tamen sequêris? Certè nisi aliquid in linguis didiceris, talpâ hic eris cœcior, evenietque tibi illud, quod Hieron. de linguarum imperitis asserit, * *ut, dum putabis te optimam sequi sententiam, pessimam eligas, & uniuscujusq; interpretis errorem sequaris.*

* Apol. 2. contra Ruffinum.

Et ut ad commentarios redeat Oratio, in tantâ sæpè Commentatorum varietate quàm miserè hærebis, quam perpetuò fluctuabis, si nihil judicii ipse ad eorum lectionem attuleris? Cur enim hunc magis quam illum sequeris? Vt nihil jam dicam, linguæ Originalis notitiam multorum Commentariorum instar esse. Hoc omnes piè docti agnoscunt. Tempore persecutionis verbi divini Minister Commentatorum suorum & Homiliastarum Bibliothecam ad manum habere non potest. O miserum ergò ejusmodi Concionatorem, si ex solis Bibliis suarum Concionum stamen & tramam conficere non possit! Atque hic iterum protestor, me doctissimorum virorum ut versiones, ita & Commentarios non contemnere, dum Scripturæ originalis studio primas defero. Advocatum do magnum illum Rostochiensium Theologum, * *Scio*, inquit, *plurimorum ex nostris labores in controversiis enodandis exantlatos, illudq; studium sacrum meritò suspicio: scio item extare erudita multorum in libros Biblicos scripta commentaria, quæ uti debeo veneror, sed in istis TANTUM vel PRÆCIPUE*

* Ioh. Tarnov. Præf. citatâ.

occupari

occupari juventutem, neglectis Biblijs, id demum est quod sæpè multumq́ conqueror. Defunctum me putabam: Ecce restant aliæ, quæ adversus linguarum studia adhibentur, machinæ. Si Originalis linguæ notitia tantam lucem sacris literis infert, cur ergò tantæ apud Iudæos tenebræ? Cur illi ergò tam infelices SS. literarum interpretes? Hujus machinæ impetum jam olim *a)* Melanthon & *b)* Flacius retuderunt. Ecce enim, dum cognitionem linguæ Ebrææ Theologi Euangelici urgent, non urgent solùm eam, quæ in verborum flexionibus, aut nominum cum affixis compositione &c. consistit. Vlterius progrediendum est, vid. ut vocum propriè significationes ex diligenti locorum collatione investigentur, ut probè intelligatur dictio & phrasis, quá usi sunt sacri Scriptores, *c) Judæi verò magnam partem, tantùm abest, ut phrasin & modum dicendi perspiciant, ut & primam Grammaticæ partem ferè ignorent.* Eruditiores verò, quorum magna apud eos raritas est, Canonem Biblicum Grammaticè quidem, attamen ita explicarunt, *d) ut omninò contemni non debeat illorum labor.* Quod autem in doctrinâ de Messia & quæ inde dependent, adeò prævaricantur, *e) non tam peccant inscitiâ, quam voluntatis perversitate, ut olim Cajaphas & similes. Sed sit sanè inscitia. Ea ex hac potissimum causâ oritur, ut in arcâ fœderis Cherubim se mutuò contuebantur, alasq́ jungebant, ita V. & N. Test. monumenta congruunt. Vetus est fons novi: Novum est lumen Veteris, & collatio utriusque ad utrumque intelligendum necessaria est. Cum autem asper-*

a Orat. tomo 4. p. 478.
b Clavis parte 1. p. 668.
c Flacius ibidem.
d Graserus in ult. verbis pag. 36.
e Melanth. ut litera a.

nentur Judæi Christi & Apostolorum interpretationem, & sua somnia de Mundi imperio nolint abjicere, retinent corruptelas ab impostoribus excogitatas. Atque ita f) occalluerunt mentes eorum, inquit Apostolus. Cujus verba consequa huc quoque pertinent. *Nam usque ad diem hodiernum*, inquit, *in lectione Veteris Testamenti manet non retectum velamen illud, quod cordi eorum impositum est: ubi verò converterint se ad Dominum, tunc tolletur velamen illud.*

f 2. Cor. 3. vers. 14. 15. 16.

Illud denique à multis affertur, *Florem ætatis* inquiunt, *in solâ linguâ Latinâ discendâ detrivimus, sat vocum studio datum est. Rebus danda tandem est opera. Vita brevis, ars longa. Via longa & viatici parum.* His jam supra ex parte satisfactum arbitror. Quod verò de lingua Latinâ afferunt, non de nihilo est. Absit, ut ejus studium atro lapillo notem. Noctua essem, si non ferrem ILLUM Solem. Illud tamen dolor jubet dicere, pudendum esse eam ex solis profanis authoribus disci, tot annos ei impendi, Linguarum sacrarum fundamenta in Trivialibus non unà tradi, Linguæ Latinæ denique eum tribui honorem, ut ejus sola qualiscunque cognitio Ministrum doctum à Laico seu Idiotâ discernere censeatur. g) *Scire*, inquit Aristoteles, *est τὰ πρῶτα στοιχεῖα scire, prima elementa & principia percipere. Jam verò prima Theologiæ Elementa non Latina reperies, sed Ebraïca partim, partim Græca.* Ne minima quidem Scripturæ particula originaliter Latinè scripta est. Cur ergò Theologis futuris sola Latina adeò anxiè inculcatur?

g Martin. in Technologia.

catur? Quicquid reſponderint, illud tandem etiam inviti prodent, pluris apud ſe eſſe ſcripta hominum, quam authenticum Dei O. M. inſtrumentum. Et quod ad ſcholaſticam inſtitutionem attinet, quia eò rurſus delapſus eſt ſermo, non poſſum quin hùc tranſcribam ſeriam Caroli Sigonii, hominis nec Theologi, nec Euangelici, querelam, quam ut omnes Euangelici, quorum in ordinandis Trivialibus Scholis aliquæ partes ſunt, ad animum revocent, propter Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ad cujus gloriam omnia referri ęquum eſt, ſupplex rogo & obſecro. * *Vehementer erramus*, inquit, *ab ijs ferme luſtrandis monumentis exordientes, quæ falſorum deorum traditiones, & commentitias fictorum heroum actiones à Græcis, acutiſſimis hominibus, ſed veritatis planè ignaris proditas complectuntur: quibus neque ad aliquem prudentiæ uſum, neque ad ullum pietatis fructum excolimur: cum ſi quid in nobis ſenſus, ne dicam ſanitatis ineſſet, ab ijs potius, quæ ſacris continentur Ebræorum literis, initium ducere deberemus. Nam ſi prima rerum principia quærimus, non altiùs repetere, quàm ab ipſo mundi hominumq́ꝫ, quod ibi tractatur, opificio poſſumus; ſi vera, nihil tam verum exiſtit, quàm quod Dei ipſius viventis ore prolatum eſt: ſi gravia, quid magnificentius ijs inveniri monumentis poteſt, in quibus ſancta Dei mandata, ſalutaria promiſſa, certa oracula, cæteraque his adnexa ſalutis noſtræ adminicula concluduntur? Porrò autem unde aut virtutum exempla præſtantiora ad perſequendum, aut vitiorum deteſtationes acriores ad declinandum,*

* Ex Præf. Druſii in obſervat. credo extare in Comment. Sigonii ad Sulp. Sev.

nandum, aut actiones insigniores ad memorandum, quàm ab ipsis Ebræorum peti commentariis possunt? in quibus solis apertè docetur, quantum humanum genus aut religione colendâ summo præsentis Dei auxilio sublevetur, aut eâ negligendâ, acri ejusdem iracundiâ conteratur.

Sed tempus tandem erit, opinor, ut vela contraham. Audivistis Rev. PP. & FF. vota & gemitus piorum. Vos ipsi hęc sacrę militię flagitia nostis optimè & doletis. Medicinam parate huic malo. Principiis obstate. Omne malum nascens facilè opprimitur, inveteratum fit plerunque robustius. Si vos hic silebitis, manusque remittetis, Pontificum edictis non erit opus. Sacra studia spontè in exilium ibunt. Cervicibus nostris denuò imminet Barbaries, vos depellite. Magno passu properamus ad veteres tenebras. Vos retrahite. Non votis aut suppliciis muliebribus, sed vigilando, in medium consulendo, salutaria decernendo & exequendo restituenda res est. Hoc à vobis expectat Ecclesia, damnate eam hujus voti. Sic à vorticibus inutilium quæstionum, quæ tot jam annos, magno Papismi & Photinianæ hęreseos incremento, Ecclesias Germanicas exercuerunt, ad placida sacri Codicis & salutaria Theologiæ practicę studia revocabitur juventus, & ad disputationes sobrias super utilibus thematibus, * *non nisi jam fundamenta Religionis ex S. Codice & doctrinâ Catechetica edocta accedet.* * Οὐ παντὸς, οὐ παντός ἐστι τὸ περὶ Θεοῦ φιλοσοφεῖν, προσθήσω δὲ, οὐδὲ πάν-

* Scult. & Tarnov. in Præfat. citatis.

* Nazianz. apud Tarnov. in Præfat.

τοτε,

ποτε, ὐδὲ πᾶσιν, ὐδὲ πάντα: Ἀλλ' ἔστιν ὅτε, καὶ οἷς, καὶ ἐφ' ὅσον. Sic, poſtquam gemina illa communis matris Eccleſiæ ubera V. & N. Teſtamentum ſuxerint, & in Chriſto adoleverint Naziræi noſtri, adverſus omnes Hæreticorum ictus animoſius inſurgent. * *Hoc enim eſt unicum illud ſcutum quod ipſis obvertendum eſt, ſic dicit Dominus, quomodo legis, erratis neſcientes ſcripturas.* Vno verbo, lætior erit Eccleſię & Scholarũm facies. Theologus ego non ſum, nec Theologi filius. Minimum me in domo Dei miniſtrum agnoſco. Non ideò tamen rejicietis hoc, quod aliorum verbis vobis ſuggeſſi, conſilium. In militiâ, equitum præcipua opera eſt, non ſpernuntur ideò pedites. In domo extruendâ pręcipuus architecti uſus eſt. Ideò non rejiciuntur operę & adminiſtri. Ego quod hactenus feci, id porrò cum bono Deo agam, ut hęc ſtudia auguſtę illi Dominę, Theologię, fideliter ancillentur, ſpartamque meam ſic exornabo, ut juventutem noſtram nulla neceſſitas coactura ſit, ad aliquot miliaria cum * *Graſero* ob unam aut alteram vocem Ebraicam ad Iudęos excurrendi. Ego pro meo modulo plantabo & rigabo, à magno illo meſſis Domino, & RR. VV. ſalutaribus decretis incrementum expectaturus, &, prout ſe dant initia, ringente etiam Satanâ, conſecuturus. Cum enim hanc Paræneſin, licet belgicè ſcriptam & contractiorem, anno ſuperiori Rev. Synodis, Geldriæ, utriuſque Hollandię & Friſicę

* Tarnov. Præfat. citatâ.

* Vide ejus ultima verba, p. 35. in Præf.

Αἱ μὲν φέρτεραί εἰσι νοῆσαί τε κρῖναί τε,

obtuliſ-

obtulissem, omnibus studium meum abunde probavi. Mihi, quia charta angusta est, Frisicę Synodi approbationem hic Latinè exhibuisse satis erit. Scripsi XI. Ianuarii 1625. quo in beatas sedes translatus est Rev. & Cl. Theologus, *D. Sibr. Lubbertus*, meus & Pręceptor & Collega amicissimus, Academię nostrę oculus & disciplinę columen, verè *currus* nostri *Israelis & præstantissimus eques ejus.* Cui cum ex Senatus decreto mihi publico nomine parentandum sit, accidit ut hęc Parænesis, operis Typographicis urgentibus, minus accuratè disposita lucem aspiciat. Id quod Lectorem meum ignorare nolui.

2. Reg. 2.

Apographum ex Actis Synodi Provincialis Frisicæ, celebratæ Harlingæ, ANNO 1624.

SESSIO V.

XXVI. Maij, ante meridiem, post habitas preces,

Nomine D. Professoris AMAMA *exhibita sunt Synodo per Scribam* XXVI. *exemplaria Paræneseos ejus: quibus distributis, lectis & examinatis, judicavit Synodus ejus petitionem esse laudabilem, ædificativam, valdè utilem & perquam necessariam, ac proindè ei hoc nomine, verbis Synodi, per D. Christoph. Hardenbergium electum Synodi Scribam gratias esse agendas. Decretumq; est, ut in posterum Theologiæ Candidati, quotquot ad examen Ministerij Eccles. admitti desiderabunt,*

præter testimonia Senatus Academ. & Theologiæ Professorum, exhibeant etiam testimonia Professorum Ebrææ & Græcæ linguæ, quibus doceant, se in prædictis linguis eos saltem progressus fecisse, ut originalem Veteris Novique Test. textum mediocriter possint intelligere; utque in Classe istâ, cujus examini se offerunt, ejus quoque rei specimen edere teneantur.

Quod verò ad Idiotas attinet, cæterosque, qui non recenter ex Academiis veniunt, cum iis in omni discretione agetur, pro ratione rerum, personarumque juxta Ecclesiasticas Sanctiones. Porrò, Deputati Synodi, hujus decreti causas Amplissimis Academiæ Franek. Curatoribus quamprimum indicabunt, ab iisque petent, ut hujus Provinciæ Alumnis mandare dignentur, ut juxta hanc sanctionem studia sua instituant. Injungit denique Synodus expreßè omnibus Classibus, ut post Pascha sequentis anni hoc decretum sequantur & exequantur. In orig. subscripserant nomine Synodi

REGNERUS HACHTINGIUS Ecclesiastes Leovard. Præses Synodi.

CHRISTOPH. HARDENBERGIUS Pastor Ecclesiæ Midlumensis, Synodi Scriba.

Vacantem pagellam implebit hæc obſervatio, quæ facem prelucebit quamplurimis locis N. T. cui illustrando etiam in Syntaxi nostra studuimus. Vnaquęque vox Ebręa licet unam duntaxat propriam habeat significationem, plures tamen ali-

quando admittit tropicas.

Jam verò *interpretes Græci V. T. eundemq́ stylum imitati N. T. scriptores θεοπνευςοὶ interpretamentum significationis unius sæpè adhibuerunt pro interpretamento alterius, e. g. Matth. 6. 34.* Κακία, malitia, *pro* κάκωσις, afflictio, *ponitur. quare? quia Ebræum* רָעָה *utrumque significat. Hebr. 1. 2. & 11. 3.* αἰῶνες, secula, *(per Enall. pro* αἰὼν*) usurpatur pro* κόσμος, mundus, *quia Ebr.* עֹלָם *utrumque denotat. 1. Cor. 15. 54.* absorpta est mors εἰς νῖκος, *pro* εἰς αἰῶνα, in perpetuum. *Confer Ies. 25. 8. ubi est* לָנֶצַח / *quod nunquam aliter significat. Causa est, quod simplex* נֵצַח *&* victoriam *&* seculum *significet. Matth. 24. 29.* δυνάμεις, *vulg.* virtutes, *pro* στρατίαι, exercitus; ῥῆμα, verbum, *Luc. 1. 37. pro* πρᾶγμα, res. *Matth. 20. 35. Act. 4. 27.* παῖς, puer, *pro* δοῦλος, servus. *Rom. 3. 27.* νόμος, lex, *pro* διδαχῇ, doctrinâ. *Gal. 2. 16.* εἰ μὴ, nisi, *pro* ἀλλὰ, sed, *usurpantur, quia* חַיִל / דָּבָר / נַעַר / תּוֹרָה / כִּי אִם *aut* אִם לֹא *utrumq́ in Ebraismo denotant.*

Errata omissa. Pag. 4. lin. 20. initio, adde, ך 500. p. 9. initio, transpone duas illas voces, Dentales, linguales, quamvis parum intersit. Ibid. in margine cap. 2. lege, a. lib. 2. cap. 9. §. 3. p. 24. lin. 6. à fine, lege הוֹעֲבוּר / p. 197. lin. 7. à fine, scribe CAP. 5. pro, CAP. 6.

GRAM-

GRAMMATICÆ EBRÆÆ

LIBER PRIMUS.

CAP. I. *DE LITERIS.*

1 Rammatica est ars benè loquendi: ut Ebræis Ebraïcè. Ejus partes duæ sunt, Etymologia & Syntaxis. Etymologia est pars Grammaticæ, quæ præcipit de voce. Vox est nota, qua unumquodque vocatur. Vocis partes sunt litera, & syllaba.

2 Litera est pars vocis, qua sonus individuus exprimitur. Ea duplex est, vocalis aut consona. ET LITERÆ HOMOGENEÆ SÆPE COMMUTANTUR. Vocalis est litera, quæ per se sonum integrum potest efficere: Estque brevis aut longa.

3 Brevis est vocalis simplicis temporis: ea est quintuplex.

Hæ frequentiæ	Phathach	◌ַ	*a*	a	br.
	Segol	◌ֶ	*e*	e	br.
	Hirik parvum	◌ִ	*i*	i	br.
	Kamets hatuph	◌ָ	*o*	o	br.
	Kibbuts	◌ֻ	*u*	u	br.

Longa est vocalis duplicis temporis: 4
estque item quintuplex.

communicantia

Kamets	ָ	α	ā
Tseri	ֵ	η	ē
Hirik magnum	ִי	ι	ī
Holem	וֹ	ω	ō
Çurek	וּ	ȣ	ū

Pro his figuris vocalium olim fuère tres 5 *istæ literæ* יוא / unde Ebræis matres lectionis appellantur: א quippe fuit pro *A*, י pro *E* & *I*, ו pro *O* & *u*. At eædem literæ tribus item consonis notandis serviebant, ut postea percipietur: qui abusus hodie in latinis literis est *i* & *u*, veluti cum scribimus *seruus*, *coniicio*, pro, *servus*, *conjicio*. Quare ut tanta confusio tolleretur, & vocales singulæ singulis distinctæ notis explicarentur, puncta à Masoritis inventa sunt: ut ex Elia intelligitur, annis à Christo [*passo*] quadringentis & septuaginta sex. †

[*Et quidem illi in tribus ultimis voca-* 6 *libus longis antiquam earum figuram retinuerunt, puncto tantùm, vitandæ ambiguitatis causa, diverso situ, addito.*] Ex quo perspicitur differentia Hirik parvi à magno. † [*Attamen ad scri-*

pturæ compendium holem aliquando sine vau scribitur, & hirik magnum sine jod,
7 *licet rarius. Kamets breve in libris vulgò editis sic pingitur ׃ At duo illa puncta melius absunt, ut figurâ nihil differat*] à Kamets longo. Verùm distinctio suis locis patebit.

8 CONSONA est litera, quæ tantùm cum vocali sonum integrum potest constituere. [*Ea hoc ordine, passim in S. literis comprobato, vulgò recensentur,*] indeque numeri notantur hoc modo;

Aleph	א	1	spiritus lenis Gr.	
Beth	ב	2	β	b
Gimel	ג	3	γ	g
Daleth	ד	4	δ	d
He	ה	5	ʽ	h
Vau	ו	6		v consona.
Zajin	ז	7	ζ	z
Cheth	ח	8		hh
Teth	ט	9	ϑ	t
Jod	י	10		j consona.
Chaph	ך כ	20	χ	ch
Lamed	ל	30	λ	l
Mem	ם מ	40	μ	m
Nun	ן נ	50	ν	n

Samech	ס	60	σ	s inter duas vocales.
Ajin	ע	70		
Phe	ף פ	80	φ.	ph
Tsadi	ץ צ	90	τσ	ts
Koph	ק	100	κ	q, k
Reç	ר	200	ρ	r
çin	שׁ	300	ς	sh sj ç
Thau	ת	400	θ	th.

[*In numeris compositis major minorem semper antecedit,* יא, *XI.* יב, *XII. At*] pro יה, *quindecim*, Ebræi ponunt טו, *novem & sex*, ne nomen Dei literis illis significatum, ut quidem ipsis placet, profanetur. Centenarios reliquos, vel additione supplent [תק 500, תר 600, תש 700, תת 800, תתק 900.] aut finalibus literis (**sic appellantur characteres quinque extra ordinem adjecti, quod extremis vocibus serviant*) [e. g. ם sive ם 600, ן 700, ף 800, ץ 900,] millenarios verò sic א 1000, בא 2000, גא 3000, vel אבג &c.

[*Porro consonarum distributio Martiniana hæc est.*]

Consona duplex est, semivocalis aut muta. Semivocalis est, quæ sonum per se tanquam vocalis dimidium efficit:

cit:

cit: eſtque acuta vel obtuſa. Acuta dentibus linguâ pulſatis effertur, & eſt quadruplex, *Samech*, *çin*, *Reç*, *Lamed.*

2 ש propriè ſonat pinguiùs & craſſiùs quàm ס, ut Francis vulgò ch, cum dicunt *choſe*, res [*Anglis ſh. Germanis ſch*] nos in hujus literæ ſono interpretando, cum Latinus & Græcus character deëſſet, novum, ſed Francis jam elegantioribus uſurpatum [ç] adhibuimus. Interdum ſumitur pro ס, & notatur ſiniſtro puncto, ſic, שׂ. † [*Cum utroque aliquando concurrit holem, quod tunc excidit, punctumq́; literæ* ש *gemina tunc officio fungitur.*]

ש. D. Erpenius per Sj. expreſſit.

שׂ.

3 Obtuſa labiis profertur, item quadruplex, *Mem*, *Nun*, *Vau*, *Iod.* *Et nota* Vau & Jod hîc in conſonis numerari, quæ vocales *olim* fuêre.

4 Conſona muta eſt, quæ ſola conatum quendam duntaxat mutit: eſtq́ue tenuis vel aſpirata. Tenuis leniter mutit: eſtq́ue aperta aut clauſa. Aperta fit labris apertis: ea dentium eſt aut palati. Dentium triplex eſt: Teth,
5 Tau, Daleth. † Porrò ex his literis & ס, duo literarum compendia extitêre, *Tſadi* & *Zajin*, צ literæ proprieta-

tem & sonum Latinus sermo non exprimit, ait Hieronymus Isaiæ undecimo. Est enim stridulus, & strictis dentibus vix linguæ impressione profertur. Hęc ille: unde intelligimus sonum hujus literę esse tanquam *t* male pronunciati: ut cum *ratio* vulgo dicitur *ratsio*.

ז vero est pro ds, ut, *Zabulon*, *Ezra*, 16
pro, *Dsabulon*, *Edsra*, vulgò, *Esdras*. Palati item triplex, *Koph*, *Chaph*, *Gimel*. † Muta clausa fit labiis compressis, estque duplex, *Beth & Phe*. † *

Aspirata spirat è gutture, ea lenis 17
est, aut densa, lenis mollius spirat, estque duplex, *Aleph & He*, Prima aspiratio lenissima est, atque ipsa ferè oris apertione efficitur. †

ה proximum lenitatis locum tenet, 18
latinoque *h*. respondet, ut הן *hen*. LITERÆ אהוי *ehevi* FREQUENTER COMMUTANTUR.

Porrò è mutis sex tenues [*vulgò dictæ literæ* Begadchephath] aspirationem illam interdum accipiunt, & tum 19
sic notantur ב bh, ג gh, ד dh, כ ch, פ ph, ת th, [*quas* [b] *puncto notatas Martinius antea recensuerat, cum potestate nonnihil diversâ* בּ *b*, גּ *g*, דּ *d*, כּ *c*, פּ *p*, תּ *t*. *Verùm* 20

b Vulgò Dages leni.

rùm cum] Hieron. in XI. caput Danielis [*multisq; alijs insuper locis*] scribat, nullam fuisse Ebræis literam, quæ Latino *P* responderet, [*nec etiam Chaldæi, Syri, Arabesve illud agnoscant, atque illud præterea constet,* כ *&* ת *eodem semper modo olim expressas fuisse, & quidem illam per χ ch, hanc verò per θ th,*] suspicari licet, has sex mutas [*eodem olim modo pronunciatas, ac tres illas jam dictas* כפת] aspiratas semper fuisse, [c *b. g. d. ch ph. th.*] At hodie tum demum aspirantur, cum medio puncto vacant אֱלִיפָז eliphaz.

c *Atq; hanc ego pronuntiationem imitandam censeo, valere jussis ijs, quæ sequuntur porro, atque ab alijs fastidiosè traduntur, regulis, de casibus quibus prædictæ literæ aut dagessari leniter aut raphari debeant, .i. ut Mart. loquitur, ubi tenues, ubi aspiratæ sint.*

21 Porro hæ literæ tenues sunt initio dictionis: ut תָּמִיד בֵּית פֶּרֶה. Excipe si vocalis aut lenis aspiratio antecesserit. Psal. 31. כָּלוּ בְיָגוֹן. Psalm 5. אָבוֹא בֵיתֶךָ. Isa. 10. וּמוֹצְרָה פֶּרֶה.

22 Densa aspiratio crassior est, item duplex:

Cheth ח *Ain* ע

ח spiritu in cælum palati illiso facit *h* duplex: Græci cùm melius non possent, per χ expresserunt: ut חָם χάμ, חָרָן χαῤῥάν. Reliqua aspiratio sonum 23
habet difficillimum, & aure magis quam oculo percipi potest: ut hodie tamen profertur, sonum ostendit tanquam ex *N* & *G* conflatum, qualis videlicet esse possit in hac syllaba γγα, cum dicimus φόρμιγγα. Ideò hæc litera varie à Græcis expressa est: interdum per γ, ut עֲמֹרָה γόμοῤῥα: aliàs per ἀ, ut הוֹשַׁע־נָא ὡσαννά: utraque autem sæpè est omissa, ut חֲנוֹךְ ἐνώχ בַּעַל βάαλ.

[Literæ ח & ע valde delectantur vo- 24
cali phathach, nam in fine dictionis convertunt antecedens segol in phathach, ut פֶּשַׁע prævaricatio, pro פֶּשֶׁע. Sic רֹמַח pro רֹמֶח lancea, וַתָּרַע & malefecisti, pro וַתָּרֶע נֹכַח è regione. Si verò sub se habeant 25
(:) post segol, utrumque in phathach mutant, ut נַעַר pro נֶעֶר puer, דַּעַת scire, תַּחַת sub. Excipe duo, לֶחֶם panis, & רֶחֶם matrix.

Et quidem hæc consonarum distributio 26
est juxta Martinium. Vulgatior tamen hæc est, qua distribuuntur in

Gutturales,

Gutturales,	אהחע	*vulgò*	*Ahachang.*
Labiales,	בומף		*Búmaph.*
Palatinas,	גיכק		*Gichak.*
Dentales,	דטלנת		*Datlenath.*
Linguales,	זסצרש		*Zasizarash.*

27 *Et consonæ homogeneæ cognatæ significationis vocabula constituunt.]*

CAPUT II.

De Syllaba, ubi de çeva [*punctis raptis, Mapphik, phathach furtivo*] & Dageç.

1 SYllaba est pars vocis, qua sonus integer comprehenditur: estq; literæ unius aut plurium. Syllaba unius literę
2 est, ut vocalis quælibet: [*quamvis eam non agnoscat Ebraïsmus, nisi in vocali Sjurek, idq;* [a] *unico tantùm casu,* וּבֵן *ubén.*] Syllaba plurium literarum est, in qua plures literæ coagmentantur, & quidem dextræ sinistris, [*Et superiores inferioribus priores.* a lib. 2. §. 1.

3 † *Omnis hujusmodi syllaba à consona incipit. Desinit autem vel in vocalem, vel in consonam. Quæ in vocalem desinit,*

vel simplex est, ut אָ *á,* אֵ *ê,* אִי *î,* אוֹ *ô, sive* אֹ *ô,* אוּ *û, hic n.* א *pro consonâ est.* שָׁ *sâ,* שֵׁ *sê,* שִׁי *sî,* שׁוֹ *aut* שֹׁ *sô (atque hic punctum sinistri cornu cum holem coälescit)* שׁוּ *σû, vel à parte anteriori composita. omnis autem consonarum compositionis sive]* conjunctionis symbolum appellatur *çeva,* & duobus subjectis punctis sic notatur (:) *ut* בְּרָ *bra,* בְּרֵ *bre &c. Vtraque duo habet communia, primum, quod delectetur vocalibus longis, quarum hoc ferè proprium est, ut syllabas terminent.*

Alterum, quod ad finem accedat aliquando una ex literis אהוי *(quas vulgò* QUIESCENTES *vocant) vocali destituta & in lectione planè superflua,* נָא na, בְּרָא bra. מַצָּאתָ matsatha. מָלֵא male, מָלֵאתָ *malétha,* יְרֵא jere, הִיא hî, לֹא *lo,* בְּלֹא *blo,* יֹאכַל *jo-chal,* הוּא hû, הֹוָה hova, *(ubi* ו *non constituit holem, sed consona est, id quod subjecta vocalis docet)* שֵׂה se, גְּלֵה *gle,* כֹּה cho, דַּי de, בֵּיתִי *bethi. In voce* גֵּיא ge, *duæ simul quiescunt.* 4

Quæ in consonam sive unam sive geminam desinit, omnis à parte posteriori composita est, רַד rad, יַשְׁק jaçk, *delectaturq; vocalibus parvis, quarum hoc ferè proprium est, ut non terminent syllabam, sed ad* 5

Exe: 5.5.

sed ad se trahant consonam sequentem. Sed & hæc rursus à parte anteriori componi potest, בְּרַד brad, וַיַּשְׁק vejaçk, *accedit & א quiescens in fine,* יַרְא jar, ostendet.

6 *Syllaba itaque vocalem tantùm unam, consonas autem binas utrinque complecti potest.*

7 *Hinc*] çeva initio dictionis simplex est, ut פְּרָת *phrath*, Itaque si duplex Scheva initio occurrit, prioris loco erit Hirik, ut דִּבְרֵי *dib-re*, pro דְבְרֵי / vel phathach, aut (·.·) præcipuè sub consonis gutturis, ut אֶפְקוֹד *ephkωd*, עַבְדוֹ pro עְבְדוֹ / אְפְקוֹד *Adhæc* tollitur *secundum* scheva *sub* Jod, ut וִיהוּדָה pro [וְיְהוּדָה ex] וְיְהוּדָה. †

8 In fine autem *dictionis* duplex esse potest, *si ea duabus consonis terminetur, & semper exprimitur*, ut in וַיַּשְׁק §. 5. visum est.

9 *Aliàs, cum unicum est, non exprimitur,* ut סֵפֶר *liber.* [*pro* סֵפֶרְ.] *nisi in solo* ךְ, ut יֵרֵךְ *incessit.* [Vulgò vocant Sjeva subintellectum, habetque locum sub omni ultima dictionis consonâ non quiescente, etiam sub Jod, quæ nisi fit post Tseri, in fine semper quasi-diph-

thon-

thongescit, ut דַּי *dai*, pro דָּי planè ut vau, קַו *kav, linea* pro קָו.

Atque hæc de çeva initiali & finali, 10
quorum illud syllabam semper incoät, ac, si opus est, per E rapidissimum effertur; hoc verò, etiam geminum, semper claudit.

Restat [b] medianum, quod syllabam jam incoat, jam claudit.

Incoat syllabam post vocalem longam, ut שׁוֹבְרִים *ço-briim*, פּוֹקְדִים *pho-kediim*, atque id
6 §. 3. procedit à [c] naturâ longarum vocalium.

Claudit verò syllabam post vocalem parvam, ut מַלְאַכְתּוֹ *melach-tho*, (ubi א quoque in syllabâ quę in consonam desinit, quiescit) לַיְלָה *laj-la*, הַוְצֵא *hav-tse*, ubi, &c.

b *Sunt qui ita legunt*
Ebraica, ac si çeva me- 11
dianum syllabam semper clauderet, ut פּוֹקְדִים phook-diim, *Id non incommodè fieri videri*
possit, quoties çeva syl- 12
labam incoans, ejusmodi post se consonam habet, cum qua difficiliùs sine sono rapidissimi e pronunciaretur, ut in exemplo allato, phokdiim, *nec minùs tole-*
rari possent, quàm qui 13
τυπ-τω *legunt, cum tamen* π *reverà ad syllabã* τω *pertineat*, τυ-πτω. *At cum sæpè aliter eveniat & utile sit accuratam syllabarum dividundarum rationem nosse, has regulas tradendas esse censui.*

&c.

ⁱ & ⁱ quasi-diphthongescũt, הִפְקִיד *hiph-kiid.* Illud autem dependet à [d] proprietate parvarum vocalium. d §. 5.

Hinc Kamets ante çeva, tam expressum quàm [e] subintellectum (si nihil intercedat) breve censetur, חָכְמָה *chochma, sapientia,* כָּל *chol, universitas.* e §. 9.

A voce *vulgo* §. 9. usque ad finem §. 14. cursivus character adhiberi debuisset.

14 Ex gemino autem çeva, in medio dictionis concurrente, prius syllabam antecedentem claudit vi præcedentis regulæ; alterum verò sequentem incoăt, תִּזְכְּרוּ *thiz-chru.*]

15 Consonæ tenues post Sjeva [*syllabam incoans, semper; post Sjeva*] *autem syllabam claudens* rarò aspirantur, [לִמְּדוּ *lim-medhu,* לִמְדוּ *lim-du.*

16 *Atque hæc de Scheva. Ejus vicaria sunt puncta rapta, Mapphik & phathach furtivum.*]

17 Consonæ gutturis ut facilius pronuncientur, assumunt ad çeva unam de tribus his vocalibus [*parvis*] phathach, Segol, Kamets; tum autem vocales istæ appellantur raptæ, *hateph phathach, hateph Segol, hateph Kamets,* ut אַהֲרֹן *Aharωn,* יֶאֱסֹף *je-esωph,* נָעֳמִי *Nognomi.* [*Atque hoc quidem perpetuum est, cum scheva sub istis literis syllabam* De vocalibus seu punctis raptis.

incoare,

incoare debebat; at ſi claudat; non ſemper. Literæ enim gutturis plane reſpuunt ſcheva ſyllabam incoans; At claudens ſyllabam non item; ut תַּחְמוֹר / מַעְיָן *&c.*

18 *Puncta rapta gaudent anteceſſione vocalium affinium, ut liquet ex exemplis initio §. 17. productis.*

19 *Eadem non patiuntur poſt ſe ceva. Itáque] ſequente altero ſcheva, vel amittunt ſuum ſcheva,* ut יֶאֶרְבוּ je-er-bu, pro יֶאֶרְבוּ / יַאַסְפוּ pro יַאַסְפוּ [אָהָלְךָ oholcha, *pro* אָהָלְךָ / *vel ſuam vocalem, ut* תַּעַצְרוּ *pro* תַּעַצְרוּ / *ſic* נֶאֶשְׁמוּ *pro* נֶאֶשְׁמוּ *manente interim, utroque caſu, ſub literâ punctum raptum antecedente, ea vocali quæ ante erat, vid.* (-) *ante* -: *Item* (∵) *ante* ∵ *&* *&* ˕ *brevi ante* ˕: /

20 *Hinc Kamets non tantum ante Hateph Kamets, breve eſt, ut* אָהֳלוֹ oholo, *ſed & ante aliud Kamets breve, quod ob cauſam hanc ex hateph Kamets deſcendit, ut* אָהָלְךָ oholcha, הָאָכְלוּ ho-och-lu.]

21 *Hateph phathach & Hateph Kamets* reliquis conſonis *etiam aliquando ſubjiciuntur,* ut רְטֲפַשׁ / קֳדָשִׁים.

22 De Mapphik. *[Mapphik vocatur punctum in litera* ה *docetq́; literam illam non quieſcere, ſed educendam eſſe, ut* יָהּ *pro* יָה jah, *ac tunc imitatur*

imitatur regulas de ה *&* ע *cap. 1. §. 24. & 25. ut* נֹגַהּ *pro* נֹגַהּ, גּוֹבַהַת *pro* גּוֹבַהַת *ex* גּוֹבַהּ.]

3 Heth & Ajin [*item* הּ] in fine dictionis [*modo non præcedat vocalis A*] pro Scheva habent phathach [*quod furtivum vocant*] sed [f] post ipsum phathach pronunciantur, ut רוּחַ *ruach*, יוֹדֵעַ *jodeang*. Et potest fieri contractio, ut יוֹדַע *jodang*. De Phathach furt. f Exc. à §. 25.

4 [*Hoc phathach, utpote syllabam non constituens, perit, simulac vox in fine crescit, ut* רוּחַ רוּחוֹת

5 *Sed & eædem literæ* [g] *penultimæ in dictione, si habent* (:) *ante aliud* (:) *suum mutant in hujusmodi phathach, ut* שְׁמַעַתְ *sja-maängth, pro* שְׁמַעְתְּ*, sic* יַחַדְ *ji-achd, pro* יַחְדְּ.] g Vide Tractatum nostrum de R. Lect. p. 42.

6 Consonæ tamen similes ad scripturę compendium sæpius in unam confunduntur, licet *syllaba* separentur: hujus autem confusionis symbolum appellatur Dageç: punctum nempe litera inclusum: [*ut* מַקֵּל mak-kęl, *pro* מַקְקֵל*, atque ita in omni Dages subintelligitur* [h] *Sjeva,* אֶפֹּו *ἐφφὼ, ut Marc. 7. 34. ἐφφαθὰ.* עִוֵּר gniv-veer, cœcus. De Dages. h §. 3.

7 *Necessariò autem habet ante se vocalem*

(qua

h cap. 1. §. 19. i cap. 2. §. 5. & 13. k cap. 2. §. 19.

(qua ratione dignoscitur à [h] *puncto sex tenuium Begadchephath) & quidem ordinariè* [i] *brevem ,* [k] *nunquam raptam. Adeò ut*] vocalis longa in brevem commutetur , sequente Dages , ut אֲרֻמִּים *rufi*, pro אֲרוּמִים .

l §. 13.

28 [l] Hinc Kamets ante Dages, [*si nihil interveniat* ,] breve est , ut רָנִּי *ron-ni, exulta.* [*Excipitur unicum* בָּתִּים bathiim, ædes.

29 *Sjurck & hirik magnum , cum immediatè post se Dages habent , vicaria sunt τῶν* (ֻ) *& hirik parvi ,* הוּכָּה *pro* הֻכָּה / בִּיקְּרוֹתֶיךָ *pro* בִּקְ .]

30 Consonæ gutturis, item ר non recipiunt Dageç : ideò vocalis præcedens [*literam* ר *semper*] producitur, ut עָרִיץ robustus pro עַרִּיץ / בֵּרֵךְ pro בִּרֵּךְ / [הוֹרַג *pro* הֻרַּג] *cæteras verò, aliquando ad eundem modum producitur* , [*aliquando manet, Dageç absorpto , ut* מִהֵר *pro* מִהֵּר *&c.*

m Except. à §. 5.

atque hoc casu [m] *vocales parvæ syllabam quoque absolvunt.*] Interdum Reç habet Dages, ut כָּרֵּת *præcisus est*. Ezech. 16. [*ut & א, sicuti à Masoritis observatum est.*]

31 Interdum Dageç *ex litera , cui çeva subjectum est, excidit ,* ut יִשְׂאוּ *jis-u* , pro יִשְּׂאוּ

יְשַׁאוּ. [*Et contra literæ çevatæ aliquando inuritur, ornatus causâ, ut* מִקְּדָשׁ *pro* מִקְדָשׁ, *vulgò Dages Euphonicum vocant.*]

2. Quod si çeva sit cum Dages [*perinde se habet, ac si esset* [n] *post alterum çeva, .i. incoat syllabam, ut* דִּבְּרוּ dib-bræ, *ac si esset* דִּבְבְרוּ] n §. 14. cap. 2.

CAPUT III.

De Accentu & Notatione.

1 Ergo hæc de partibus vocis: communes affectiones sunt accentus & notatio. Accentus est, vocis quidam quasi cantus. Est autem naturâ unicus acutus [*alijs Tonicus, alijs Grammaticus, alijs denique nativus*] in *cujuslibet vocis* [*ultimâ vel penultimâ syllabâ. Unde omnis vox polysyllaba vel acuta est, vel penacuta.*

2 [a] *Hoc accentu fulta vocalis longa, potest instar vocalis brevis ad se trahere consonam sequentem, per çeva vel Dageç,* סוֹבְבָה sώb-bæ. לַמְּדְנָה lammædna, דַּבֵּר dabbær, פָּנַי phanaj, גּוֹי goj, תָּלוּי thaluj, פִּיו phiiv, עֵשָׂו Esav, גֵּו gev, [b] *etiam cum litera quiescente in medio* (א) קָאם kaam, צָוְאר tsæth. רֹאשׁ ræç, (י) פָּנָיו phanav.

a Excep. à §. 3. 12. & 27. cap. 2.

b Confer §. 4. cap. 2.

בֵּירָא βηθ, *& in fine*, חֵיטָא χηθ, שְׁוָא çav.
Vnde duo sequuntur consectaria, 1. omnis vox desinens in consonam non quiescentem, præcedente vocali longa, acuta est, גָּדוֹל

c Except. à §. 13. & 28. cap. 2.

Alterum,] Kamets [c] cum [*hoc*] accentu, quicquid postea sequatur, longum est, לָמָּה *lamma*, [לַיְלָה laj-la, דָּבָר dabaar. 3

d Except. à §. 5. cap. 2.

[d] *Eodem sustentatæ tres vocales breves priores possunt syllabam terminare instar longarum, ut* יַיִן jajin, vinum, בֶּגֶד vestis, יֶגֶל jigel, [e] *etiam cum litera quiescente,* (ה) פֶּה phe, *os oris.* מֶה quid? מֹשֶׁה Moçe, Moses, *(ubi holem cum puncto dextri cornu coälescit)* (א) מְלָאכָה opus. כִּלֵּאתִי chalíthi. (י) טוֹרֶיךָ tɤrècha. *& duabus* גֵּיא. *At in* בֶּכָה / לָמָּה / אֵלֶּה / פֶּלֶא / גֹּמֶא / *& similibus penacutis, ultimam sine accentu vocalis parva absolvit, ut & primam in* רִאשׁוֹן riçωn. בְּאַרְגָּ׳ *&c. etiam* א *&* ה *quiescentibus.* 4

e Conf. §. 4. cap. 2.

De accentu Metheg.

Atque hæc de accentu acuto.] Cui tamen interdum alius præest [*.i. præcedit*] adventitius, qui *Metheg* appellatur .i. retinaculum, quod vocem eo loco nonnihil suspensam teneat, ut בּוֹקְרִים [*Hunc alij Rhetoricum, alij Euphonicum,* 5

phonicum vocant.

6 *Ponitur regulariter 1.* [f] *post vocalem longam accentu tonico destitutam ante Sjeva, ut in exemplo proximo.* [f] Confer cum §. 12. cap. 2.

7 [g] *Ergo si interveniat inter Kamets & çeva, Kamets longum esse censebitur,* חָכְמָה hha-chma, שָׁבְרָה ſja-bra. [g] Except. à §. 13. cap. 2.

8 *2. Inter vocalem raptam & affinem, ut* אָהֳלוֹ יֶאֶרְבוּ יַעֲמֹדוּ oholo, *maneta etiam, cum vocalis rapta suum scheva ob aliud sequens abjecit.* אָהָלְךָ, יַאַסְפוּ, יֶאֶרְבוּ ohol-cha; *atque* [h] *ita quoque tres istæ vocales breves syllabam absolvunt.* [h] Excepi. à §. 5. cap. 2.

9 *3. Aliquando supplet absentiam literæ Vau & Iod, & tunc* [i] *scheva sequens incoat syllabam novam, ut,* יִרְאוּ ji-reu, *pro* יִירְאוּ *timebunt,* גְּבֻלְךָ *pro* גְּבוּלְךָ] [i] Refer ad §. 12. cap. 2. hirik enim & hic pro longis vocalibus habentur.

0 NOTATIO est, qua vocis origo exquiritur: eaq; est in specie aut figura: species est, qua quæritur, utrum vox prima sit an flexa. Prima est vox primum nata; ea Græcis θέμα, hîc שֹׁרֶשׁ *radix* appella-

Anacephalæosis regularum quibus Kamets breve cum benè pingitur (ֳ) dignoscitur à magno.

I. Kamets ante Dages (cap. 2. §. 28.) vel çeva, tam expressum (§. 13.) quam subintellectum (§. 9.) breve est. Excipe, nisi accentus

tur, quod inde cæteræ oriantur: & tribus plenis literis notatur, ut אֶרֶץ *terra*, פָּעַל *fecit*: rarò admodũ quatuor aut quinque.

[*Quamvis autem omnes consonæ radices constituere possint, XI. tamen peculiariter radicales vocari solent, continenturq́ʒ his vocib.* מַח סֵפֶר גָּוַע צֶדֶק]

Flexa est vox orta de prima. Flexio verò efficitur [*plerumqʒ*] adjectione

interveniat, (*cap. 3. §. 3. & 7.*)

II. Kamets ante Kamets raptum sive integrum, sive ob sequens (:) *mutatum in Kamets breve* (*cap. 2. §. 19.*) *itidem breve est,*
(*§. 20.*) 11

Cum verò malè pingitur sic (ₜ:) *vide cap. 1. §. 7.* hâc ratione distingues à Kamets rapto, *Kamets raptum nunquam post se habet vel Sjera,* (*cap. 2. §. 19.*) *vel Dages* (*§. 27.*)
at Kamets breve, quo- 12
ties sic notatur (ₜ:)
semper alterutrum post se habet.

sex literarum הֶאֱמַנְתִּי quæ vulgò *Heëmanticæ* dicuntur, & ad sola nomina pertinere putantur: at si res accuratè consideretur, in qualibet omninò flexione usum earum communem depręhendemus: ut מְפַקֵּד *recensens*, נִפְקַד *visitatus est*, תַּכְלִית *perfectio*, יַלְקוּט *pera*, אַזְכָּרָה *monumentum*, הִפְקִיד *recensuit*, quod postea è singulis flexionibus ple-

nius

pius intelligetur.

13 *Porro literæ gutturales post has literas suum scheva dilatatura, assumunt ad illud eandem vocalem, qua antecessit, [hirik parvo tamen prius in (ׄ) & (ׅ) in Kamets breve ◡ conversis]* ut מעביר *[pro* מעביר / *sic]* נאסף *[pro* נאסף / מעמר *pro* מעמר]

14 Eædem literæ, præpositæ cuilibet voci incipienti à literis vel נ vel י affectis çeva, sæpius eas commutant: נ quidem in dageç: ut מתן pro מנתן *donum*, נגש pro ננגש *accessit*: י autem in ו ut מושיע pro מישיע *servans*, נושב pro נישב *habitatus est*. Interdum secus reperies, ut Prov. † 4. 25. יישירו *dirigant*. Hoseç 7. 12. איסירם *castigabo eos.* Attamen si media litera fuerit צ, sæpius fit commutatio in dageç: ut מצב pro מיצב *Statio*, הציב pro היציב *Statuit*: *at* מצרה pro מנצרה *contentio.*

15 Atque etiam ex iis literis tres interdum sunt paragogicæ יאוה, ut לילה / רבתי / אבוא: etiam ו nonnunquam; ut בנו pro בן *filius*, Num. 24.

In omni (-) vocem sub literis הניך claudente latet ה parag. quiescens.

16 *[Nota tamen, alios insuper esse flexionis modos, ac proinde non sine causa supra à nobis insertam voculam* plerunque.

Flectuntur enim quædam detractione seu contractione, ut à thematibus finitis ה / *e. g.* אָב pater, *ab* אָבָה *& secundam thematis duplicantibus, ut* קֵן nidus, *à* קָנַן / *nec non mediam vau habentibus, ut* זָר / extraneus, *à* זוּר. *Quædam vocalis unius aut utriusque mutatione, ut à* בָּגַד perfidè egit בֶּגֶד perfidia, *&* vestis, *primæ parentum perfidiæ insigne. Sunt & quæ à radice nihil differunt, ut* שָׁנָה annus, *à* שָׁנָה iteratus est. *Aliquando additio & detractio concurrunt, ut* מַתָּנָה donum, *à* נָתַן]

Figura est, qua quæritur sitne vox simplex an composita: Simplex est in alias voces individua, ut פָּקַד: Composita, quæ in simplices dividitur, ut עִמָּנוּאֵל. 17

Compositio interdum voces contrahit: ut שֶׁלִּי pro אֲשֶׁר לִי *quod est mihi.* [מִקֶּדֶם *pro* מִן קֶדֶם / *quæ literæ* ש *&* מ *duæ sunt ex VII. illis inseparabilibus, in compositione vocum ubiq; obvijs. Continentur autem his vocibus* מֹשֶׁה וְכָלֵב Moseh vechaleb.] 18

CAPUT

CAPUT IV.

De vocis Generibus.

1 EXpositæ sunt communes vocis affectiones: genera sequuntur. Vox est numeri, aut sine numero. Vox numeri, quæ numerum adsignificat: estq; singularis aut pluralis. Singularis, quę numerum singularem adsignificat: ut דָּבָר *verbum*, פָּקַד *visitavit.* Pluralis, quæ pluralem: ut דְּבָרִים *verba*, פָּקְדוּ *visitarunt.*

2 [*Sed plurale aliquando pro singulari ponitur, ut Gen. 21. 7. & 36. 25. item 34. 27. Exod. 4. 19.*

3 Vox numeri est etiam generis. Genus est differentia vocis secundum sexum: estque simplex aut conjunctum. Simplex est unius sexus: idque masculinum aut fœmininum. Masculinum, quod mari tribuitur: fœmininum, quod fœminæ: fitque à masculino, addito הָ ut [גָּדוֹל magnus, גְּדוֹלָה magna, פָּקַד visitavit vir, פָּקְדָה visitavit f. *ubi vides in variatione tam generis quam numeri sæpè detrahi vocalem .i. mutari in çeva, pro quo sub gutturali semper*

est hateph phathach.]

Conjunctum genus est commune 4
utrique sexui: ut אָנֹכִי *ego*, פָּקְדוּ *visitarunt*. Eadem rursum est finita aut infinita: Finita, quæ numerum & genus certis finibus variat: ut אִישׁ *vir*, פָּקַד *visitavit*. Infinita, quæ non variat: ut אֲשֶׁר *qui* vel *qua*, פָּקוֹד *visitare*. Vox numeri est Nomen aut verbum.

CAP. V.

De Nomine.

NOmen est vox numeri cum solo 1
genere. Numerus dualis in nomine dividitur à plurali, cum res [*vel ab arte, vel à natura, vel cogitatione*] geminæ significantur.

[*Plurale hîc sæpe pro singul. adhibetur* 2
ad auxêsin & honoris causa, ut חָכְמוֹת sapientiæ, *i. summa illa & increata sapientia, Prov. 1, 20. Vide illic notas Cl. Iunij.* תּוֹעֲבוֹת summa abominatio, *Ps. 88.* חֲסָדֵי summa benignitas, *Thr. 3. 22.* בְּהֵמוֹת belluæ, *de Elephante Iob. 40.* אֲדֹנִים Dominus, *&c. Sed & aliàs occurrunt hîc pluralia positione, quæ singularia sunt intellectu,* חַיִּים vita, פָּנִים facies, *& contrà,*

ut עָם populus, עֵדָה cœtus.]

3 Genus autem fœmininum tribuitur ſæpius nominibus geminorum membrorum, ut רֶגֶל / יָד / *manus, pes.*

4 Fœminina item [*præter nomina mulierum & muliebrium officiorum*] ſunt nomina urbium, ut יְרוּשָׁלַיִם *Ieruſalem*, Pſal. 122. Et regionum, ut אֱדוֹם *Edom*, שֵׂעִיר *Seir*, Num. 24. Et ventorum, ut צָפוֹן *Aquilo*, תֵּימָן *Auster.*

5 [*Contrà maſculinum genus tribuitur præter nomina propria virorum & virilium officiorum, nominibus fluviorum, montium populorum & menſium.*]

6 Quædam etiam ſunt promiſcua, qualia fere ſunt nomina animalium, ut בְּהֵמָה עוֹף צֹאן חֲמוֹר כֶּבֶשׂ *animal, avis, pecus, aſinus, ovis*: ad genus autem diſcernendum apponuntur hæc nomina, זָכָר *mas*, נְקֵבָה *fœmina*. Levit. 24. שְׂעִיר עִזִּים זָכָר *hircum caprarum marem*. Item, שְׂעִירַת עִזִּים נְקֵבָה *hircum caprarum fœminam.*

CAPUT VI.

De prima Declinatione.

1 [*Flexio nominis fit vel ex genere in*

genus, vel ex numero in numerum. Illa motio,] *hæc declinatio vulgò dicitur,* [*utriusque*] anomalia communis est ex ª detractione, primùm Kamets penultimi, ut גָּדוֹל *magnus*, גְּדוֹלָה *magna*, גְּדוֹלִים *magni* [חָכָם sapiens vir, חֲכָמָה sapiens f. חֲכָמִים sapientes.]

ª Detractio sive omissio vocalis Martinio est mutatio in (:)

Deinde, tseri ultimi [*in Polysyllabis*] ubi nullum (ד) præcesserit, ut פּוֹקֵד פּוֹקְדִים פּוֹקְדָה פּוֹקְדוֹת *visitans, visitantes.* [לוֹעֵג subsannans, לוֹעֲגִים subsannantes.] 2

Declinatio duplex est: Prima masculinorum, quæ pluralem à singulari flectit in ים ; ut 3

ordines טוּרִים *P.* *ordo* טוּר *S.*

ᵇ Sic etiam cum camets penultimo nomina, *quæ illud Kamets habent pro* (-) *& Dages*, ut עָרִיץ *fortis*, עָרִיצִים *fortes*, פָּרָשׁ *eques*, פָּרָשִׁים *equites*, [*quod imitantur* שָׁלִישׁ tribunus, שָׁלִישִׁים ; *ad differentiam* שְׁלִישִׁים tertiani, שָׁבוּעַ septimana, מָגֵן clypeus, מָסָךְ aulæum, מָעוֹז robur.] 4

ᵇ Except. ab anom. com. pr. gen.

Item desinentia in ה ; sed contracta ultimâ: ut קָצֶה *finis*, קָצִים *fines*, קָנֶה *canna*, קָנִים *cannæ*. 5

[*Hæc quoque retinent* (..) *ultimum* 6

מִקְהָל

מַקְהֵל congregatio, מַקְהֵלִים / *Sic* שׁוֹמֵם & אַבְנֵט *item* פַּרְדֵּס paradisus. זְאֵב lupus, *inter monosyllaba censetur, quæ non detrahunt* (..)] Except. ab anom. comm. 2. generis.

7 Finita ׳. sępius ultimam contrahunt: ut יְהוּדִי *Iudæus*, יְהוּדִים pro יְהוּדִיִּים [*sicuti à* עָנִי *pauper fit* עֲנִיִּים] sic גּוֹי *gens*, גּוֹיִם At שִׁקּוּי *potus*, etiam שִׁקּוּיִים Psal. 102. גְּדִי *hædus*, גְּדָיִים *hædi*: חֲלִי *ornamentum*, חֲלָיִים חֲלָאִים *ornamenta*: חֳלִי *ægritudo*, חֳלָיִים & חֳלָאִים *ægritudines*: צְבִי *capreolus*, צְבָיִם & צְבָאִים *capreoli*; פְּתִי *credulus*, פְּתָיִם & פְּתָאִים *creduli*: [*quæ imitatur* לָבִיא *leo*, לְבָאִים] שְׁפִי *excelsum*, שְׁפָיִם & שְׁפָיִים *excelsa*. At עֲדִי *ornamentum*, עֲדָיִים Ezech. 16. כְּלִי *vas*, כֵּלִים

nos c. פִּקְדֵנוּ		פִּקְדֵנִי	1. me c.

[*Si hæc persona, ut & sequens* פִּקְדִי, 31
veniat à fine phathach aut (ד), *cum affixis flectitur per Kamets sub secundâ, redeunte çeva sub primâ, ut* שְׁמַע שְׁמָעֵהוּ, *sic* שִׁמְעוּ
שִׁמְעִי שְׁמָעִיהוּ, *sic* שְׁאַל שַׁאֲלוּ שְׁאָלוּנִי ; *Item* שְׁמַע à שְׁמָעוּהוּ,
מְצָא מִצְאוּ מְצָאוּנִי & שָׂא שְׂאוּ שָׂאוּנִי, *Monos.* קוּמוּ הֲקִימוּהוּ, סֹבּוּ סְבוּהָ]

פִּקְדוּ & פְּקֹדְנָה 32

פִּקְדוּם	פִּקְדוּהוּ	3.
פִּקְדוּן	פִּקְדוּהָ	
פִּקְדוּנוּ	פִּקְדוּנִי	1.

Futurum secundum. 33

Futuri secundi ratio eadem, quæ primi: holem ultimum duntaxat corripitur ante ךָ, כֶם, ךְ, ut,

יִפְקוֹד

יִפְקוֹד visitabit M.

	יִפְקְדֵם vel	יִפְקְדוֹ		
eos, vel	יִפְקְדֵם vel	יִפְקְדֵהוּ	eum.	
		יִפְקְדֶנּוּ		3.
	יִפְקְדֵן vel	יִפְקְדָהּ		
eas, vel	יִפְקְדֵן vel	יִפְקְדֶהָ	eam.	
		יִפְקְדֶנָּה		
vos M.	יִפְקָדְכֶם	יִפְקָדְךָ	te M.	2.
vos F.	יִפְקָדְכֶן	יִפְקְדֵךְ	te F.	
nos C.	יִפְקְדֵנוּ vel	יִפְקְדֵנִי		
	vel	יִפְקְדֵנִי	me.	1.
		יִפְקְדֶנִּי		

4 Sic תִּפְקוֹד, אֶפְקוֹד, נִפְקוֹד [*A* יַעֲבוֹר *fit* יַעַבְרֵם] At יִשְׁמַע facit יִשְׁמָעֵם יִשְׁמָעֵהוּ & cætera eodem modo per camets. Re-
5 liqua ut in futuro primo. Monosyllaba simpl. ut יָבִין יְבוֹנוּ &c. [*Monosyllaba geminata,* יָסֹב יְסֻבֵּנוּ, *Et* יָשׁוּר יְשֻׁרֵם *Hiphil,* יָסֵב יְסִבֵּנִי, *Finita* ה *retinent* (τ)].
6 Finita ה, ut יִגְלֶה יִגְלֵהוּ [*Ab* אֶעֱשֶׂה *fit* אֶעֱשֵׂהוּ אֶעֶשְׂךָ, *In Hiphil cum gutturali,*
7 אַעֲלֶה אַעֲלֵהוּ אַעַלְךָ, *&c. Porro Nun Epenth. ante affixa* הוּ, הָ, ךָ, נִי, *hic obvium est, ut* יְבָרְכֶנְהוּ *pro* כֵהוּ *& Psalm. 50.* יְכַבְּדָנְנִי *honorabit me, pro* דָנִי *& hoc pro*

דְּנֵנִי / *Iob 9. 34.* יְבַעֲתַנִּי *pro Nun est Dages, ex* יְבַעֲתֵנִי / *Ier. 22. 24.* אֶתְּקֶנְךָּ *pro* אֶתְּקֶנְךָ / יְלַמְּדֶנָּה *pro* יְלַמְּדֶנְהָ / *Ex his contractis orta* 38
sunt affixa, נִּי נָּה נּוּ *quæ Martinius in paradigmate posuit. Et pro* נ *aliquando Dages in* ךְ *ponitur,* יַכֶּכָּה percutiet te, *ubi &* ה *parag. Est autem pro* יַכְּךָ / *sic* יִרְאֶךָּ / *ubi Dages in* ך *supra* (ׇ)
יִפְקְדוּהוּ) יִפְקְדוּ / *&c. At* (ְ) *ex* (ַ) *vel* (ׇ) 39
descendens, cum affixis redit in (ׇ) יִשְׁמְעוּ / יִשְׁמָעוּהוּ / *sic* יִמְצְאוּ יִמְצָאוּהוּ *&* יִבְעֲלוּ יִבְעָלוּהוּ /

Et hic manet aliquando Nun parag. ante affixa, ac tunc verba cum ךָ *vel* ךְ *fiunt penacuta,* יִשְׁוּנְךָ / *Et* יְשָׁרְתוּנֶךָּ / *ubi &* (ֵ) *in* (ֶ) *transit.*

תִּפְקֹדְנָה / *Hæc vox non reperitur juncta cum affixis, nisi sub formâ vocis* תִּפְקְדוּ / *Iob 19. 15. ancillæ meæ pro alieno* תַּחְשְׁבֻנִי *reputant me. Sic & Ier. 2. 19.* 4

INFINITUM. 4

Si definit in holem, sequitur primum futurum, nisi quod affixa tertiæ pluralis sunt communia: ut,

פְּקֹד visitare.

פָּקְדָם	eos &c.	פָּקְדוֹ	} 3.	eum.
פָּקְדָן	eas &c.	פָּקְדָהּ		eam.

vel

vel פְּקָדְכֶם vel פְּקָדְךָ) te M.
פְּקָדְכֶם vos M. פְּקָדְךָ }
vel פְּקָדְכֶן } 2.
פְּקָדְכֶן vos F. פְּקָדֵךְ) te F.

פְּקָדֵנוּ nos c. vel פְּקָדִי }
פְּקָדֵנִי } 1. me.

42 Sic etiam tertia gutturali, Gen. 24.
שָׁמְעוֹ *audiendo ipse.* Psal. 3. בָּרְחוֹ *fugiendo*
ipse. Rarum est illud 1. Sam. 15. מְשָׁחֳךָ
43 *ungere te.* At secunda gutturali, ut
Ezech 20. בָּחֳרִי *eligere me.* Ruth. 3.
גְּאָלֵךְ *redimere te.* [מָאֳסִי מָאָסְכֶם ; *Kamets*
breve ter produci videtur in longum, per
accentum Metheg, Abd. 11. עָמָדְךָ *sic Psal.*
30.4. & 38.21. Sed Metheg melius ab-
esse puto. Occurrit &] ut Levit. 23.
44 קְצָרְכֶם ; Finita ה ; ut גְּלוֹת גְּלוֹתוֹ vel
גְּלוֹת גְּלוֹתוֹ & cætera eadem ratione.
45 Si infinitum desinit in pathah, con-
trahitur: ut נְפַל *cadere,* נִפְלוֹ *cadere ipsum*
2. Sam. 1. Sic פְּתַח *aperire,* פִּתְחוֹ *aperiendo*
46 *ipsum,* Nehem. 8. Prima aut secunda
gutturalibus, Num. 15. חֲטֹאת *peccare*
ipsam, [*ubi &* ת *pro* ה] Jud. 13. פַּעֲמוֹ
conterere eum. Et 5. צַעְדְּךָ *incedere te.*
Rarum sine gutturali בְּקַעֲךָ *extendere*
47 *te,* Ezechiel 25. At cum affixis se-

cundæ personæ, producitur in ךָ, in reliquis manet: ut פְּתַחֲךָ פְּתַחֲכֶם פְּתַחְכֶן, Ex ה verso in ת sunt illa, Exod 40. קָרְבָתָם *accedendo ipsi.* Isa. 1. בְּפָרִשְׂכֶם 48
cum extendetis, hiriç pro segol in Piel.

[*In Hiphil affixa semper adduntur for-* 49
ma desinenti in hirik, הַקְרִיבוֹ, *Infinita* 50
incoatorum Nun & Iod ut nomina penacuta, ut שֶׁבֶת שִׁבְתּוֹ גֶּשֶׁת גִּשְׁתּוֹ *Et* דַּעַת, תֵּתִי תִּתּוֹ, לֶכֶת לֶכְתּוֹ *&* דַּעְתּוֹ, *&c. A* תֵּת *est* תִּתּוֹ
Monosyllaba geminata, ut סוֹב עוּז, סֻבּוֹ; *Hiphil* הָסֵב הֲסִבְּכֶם, *sic* הָחֵל הַחִלְּכֶם *pro* הֵי]

Infinitum passivum sic componitur: 51
ut הִבָּרֵא *creari*, הִבָּרְאָם *creari ipsa*, Genes. 2. [הִזָּכֵר הִזָּכֶרְכֶם, *ab* הֵעָשׂוֹת *fit* הֵעָשׂתוֹ, *cum* (.:) *Euphoniæ causa*, *Ezech.* *43.18.* בְּהִזָּרוֹתֵיכֶם *Ezech. 21.24. pro* תְכֶם,

Participium præsens.

פּוֹקֵד *ut* כּוֹרֵם; *nisi quod hic reperian-* 51
tur affixa הוּ *&* נִי, *Reperitur & hirik pro* (.:) *ante* כֶן, כֶם, ךָ, *ut* אוֹסִפְךָ *&* (-) אֹהַבְךָ *diligens te*, *sic* בּוֹרַאֲךָ *creans te*, *à* בּוֹרֵא, *A* עוֹשֶׂה *fit* עוֹשׂוֹ *&* עוֹשֵׂהוּ, עוֹשִׂי *&* עוֹשֵׂנִי,

פּוֹקְדָה) *huic voci non junguntur af-* 5
fixa, sed voci פּוֹקֶדֶת, *planè ut* מֶלֶךְ, *Rex*, פּוֹקַדְתּוֹ, *Sic* פּוֹקַדְתִּי, *accentu in ultimâ, ut dif-*

ut differat à Iod parag. אוֹהַבְתִּי *Hos. 10. quod penacutum est.*

54 *Participium præteritum,* פָּקוּד פְּקוּדוֹ *&c. visitatus ejus .i. ab eo.*

APPENDIX.

55 *Iunguntur aliquando affixa, licet irregulariter, verbis intransitivis & passivis, quæ Syntaxis ellipticam & contractam locutionem efficit, ut affixum vel per Dativum, vel alium casum, commodâ subauditâ præpositione, explicari oporteat,* עֲשִׂיתִנִי *feci mihi, pro* עָשִׂיתִי לִי; יְבוֹאֶנּוּ *pro* יָבוֹא לוֹ *eveniet ei,* יְצָאֻנִי *pro* יָצְאוּ מִמֶּנִּי *egressi sunt ex me,* יְגֻרְךָ *pro* יָגוּר עִמְּךָ *habitabit tecum,* תִנָּשֵׁנִי *pro* תִנָּשֶׁה מִמֶּנִּי *oblivioni traderis à me.*

56 ## DE ARTICULO.

Articulus verbo interdum præponitur, & idem valet atque אֲשֶׁר 1. Paralip. 26. הַהִקְדִּישׁ *qui sanctificavit.* Jos. 10. הֶהָלְכוּ *qui ambulaverunt* [הַנּוֹתֵן *qui*
57 *dat.*] Sic etiam inclusum in ב reperitur 2. Paralip. 1. *at arcam Dei adduxerat David è Kirjath-jarim* בַּהֵכִין לוֹ דָּוִיד *eò ubi paraverat ei David.* Hîc est בַּהֵכִין pro בַּאֲשֶׁר הֵכִין / [*Sic passim quoque videas*

deas in Græcismo usurpari articulum participiis vel expressis vel subintellectis præpositum, Matth. 2. 17. τὸ ῥηθὲν, quod dictum fuit, & 20. οἱ ζητοῦντες, qui quærebant, & 16. omnes puerulos, τοὺς ἐν Βηθλ. sub. ὄντας, qui in B. erant.]

CAPUT V.

De Syntaxi adverbii [*sub qua & præpositio, cum vocibus aliis, & in specie*] cum Nomine.

REliqua est syntaxis vocum sine numero, in Adverbio & Conjunctione. [*In quâ distinctio Convenientiæ & Rectionis non tam illustris & evidens est, quam in vocibus numeri. Sed adverbia inseparabilia,* הּ / ב / כּ / ל / מ *&* שֶׁבְּ *cum quavis voce, præcipuè verò cum nomine & verbo junguntur.*] הֲ Interrogativum ante quaslibet consonas ponitur, הֲלֹא an non? הֲבָא an venit? At ante çeva vel gutturalem est הַ; הַמְעַט an parum? הַאִישׁ an vir? vel הֶ si Camets [*sub gutturali*] sequatur, הֶאָנֹכִי an ego? [הֶהָיְתָה an fuit? *Ante* בְּ / כְּ *&* לְ *præpositiones aliquando cum Dages reperitur,* הַבְּמַחֲנִים *an in castris? Num. 13. 20.*

Sic & Gen. 18. 21. & Genes. 17. 17.
3 בכל *per (:) vocibus junguntur, quod*
si alterum scheva aut ׳ *sequatur, observan-*
tur regulæ cap. 2. §. 7. libri 1. בְּעִיר *in ur-*
be, בִּפְקוֹד *in visitando,* בִּיהוּדָה *&c.*
4 *Ante vocales raptas habent vocalem*
affinem, ut בַּאֲנָשִׁים / בֶּאֱמֶת / בָּאֳנִי / *Sed fit*
contractio in לֵאמוֹר *&* לֵאלֹהִים *pro* לֶאֱ /
Idem accidit literis ב *&* כ *ante Elohim &*
5 *Eloah.* ל *autem si præponatur voci mo-*
nosyllabæ, aut dissyllabæ penacutæ, gaudet
Kamets, לָעַד לָנֶצַח / לָטֹהַר / לָגֶשֶׁת / לָבוֹן /
&c. Sic & in לָזֶה / *& cum articulo,*
הַלָּזֶה *& cum Apoc.* הַלָּז *& cum aphæresi* לָז
iste, ista, unde extat & הַלֵּזוּ *ipsa, Ezech.*
36. 35. Hanc punctationem literæ ל *imi-*
tatur ב / ב *in* בָּזֶה *in hoc, &* כ *in* כָּזֹאת /
sicut hæc, כָּהֵם *sicut illi &c. Vide §. 4. c. 6.*
6 מ *pro* מִן *jungitur vocibus mediante*
Hirik & Dages, quod ostendit defectum
7 נ / מִבּוֹר *ex puteo, pro* מִן בּוֹר / *Ante gut-*
turalem vel ר *habet (..) sic & ante* יְהֹוָה /
8 *ut* מֵיְהֹוָה / *quod legitur* מֵאֲדֹנָי / *Ante* ׳
habet se ut literæ בכל *ut* מִיהוּדָה / *Excipe*
duo מִיְשֵׁנֵי *Dan. 12. &* מִירוּשָׁתְךָ *2. Chron.*
9 *20. 11. In pauculis quibusdam manet*
nudum hirik, מִרְדּוֹף / מִהְיוֹת / מִחוּץ / מִחוּט
10 מִרְגְזִי / *Sæpè negationem includit, Psal.*

69. 24. מֵרְאוֹת*; Rom. 11. 10.* τοῦ μὴ βλέπειν, *ne videant, sic 1. Samuel. 8. 7 Hos. 4. 6. At ante nomina & adverbia semper cum Ellipsi,* מִמֶּלֶךְ ne *sis* Rex, *1. Sam. 15. 22. Et removit paludamentum suum* מֵעָלָיו *.i.* ne *esset amplius* super se, *Ion. 3. Sic Ion. 1.* מֵעֲלֵיכֶם ne *amplius æstuet* contra vos. *Et exijt* מֵעִם ne *esset* cum Pharaone, *Exod. 10. 18. Sic Ies.* 1. 17. מִנֶּגֶד ne *sit amplius* coram oculis meis.

11 *Sed & comparationem non rarò significat, ac tunc in nominibus*] comparativum declarat, Eccles. 7. Bonum est nomen bonum מִשֶּׁמֶן טוֹב, præ unguento bono .i. melius unguento, [*Psal.* 118. *Bonum est confidere in Deo,* מִבְּטֹחַ *præ confidere in hominibus.*

12 כְּשֶׁ * quando, *jungitur vocibus per Dages,* כְּשֶׁסָּכָל quando stultus, כְּשֶׁתִּפּוֹל quando cadit. *Adverbium separatum* 13 לֹא *nominibus verbisve præfixum sæpè æquipollet vehementi affirmationi contrarij, Proverb.* 25. 21. *Accipere personam in judicio* לֹא טוֹב *non est bonum .i. pessimum est, &* 10. 2. *Non prosunt thesauri improbè parti .i. valdè obsunt, Psal. 36. 5. in via non bonâ .i. pessima,* 43. 1. *à gente non benignâ .i. crudelissimâ. Hùc referunt*

* Et sicut, extra Koh. non invenitur.

referunt aliqui Matth. 12. *Non remittetur ei neque in hoc &c.* .i. *vehementer*
14 *punietur & in hoc &c. Atque hæc de Synt. inseparabilium & separati* לְאִ *cum nomine & verbo in genere. Iam videamus specialia in Synt. earum cum nomine.*
15 ב / כ ל *ante singulare* אָדוֹן Dominus, *ejusque plurale* אֲדֹנִים *affixis singularibus juncta, ipsumq; nomen divinum* אֲדֹנָי *collocatæ habent phathach, in quo* א *abjecto suo -: quiescit,* בַּאדֹנָי, כַּאדֹנָיו / לַאדֹנִי *&c. Sic leges* בַּיהוָה badonaj, *sunt n. puncta*
16 *ejus nominis*] Eædem literæ sæpè includunt articulum ה [*dum ejus ejecti vocalem suscipiunt*] ut כַּשֶּׁמֶן pro כְּהַשֶּׁ ὡς τὸ ἔλαιον, בֵּאלֹהִים ἐν τῷ θεῷ, בַּחֹדֶשׁ ἐν τῷ μηνὶ, pro בְּהָאֱ & בְּהַחֹדֶשׁ *sic* בֶּהָדָר *pro* בְּהֶהָדָר / *In pauculis tamen quibusdam*
17 *manet. Constituunt etiam adverbia,* כִּמְעַט *ferè,* לָבֶטַח *securè, sed frequentissimè* ב: בְּעָרְמָה *in astutiâ .i. astutè. Et sic passim in N. T. Matth. 22. 16. Actor. 17. 31. &c.*
18 ב in, *& per Enall.* inter, propter, per, *tàm instrumenti quàm jurandi,* ad, contra, de, ex *materia,* cum, *vel instrumenti, vel auxilij, vel comitatus &c. significat.*
19 *Abstractis junctum aliquando*

est peri-

est periphrasis adjectivi, Ies 21. opus in firmitate .i. firmum, Psal. 29. 4. vox domini in potentiâ .i. potens. * *2 Petr. 2. Conversatio in libidine .i. libidinosa. 1. Cor. 2. 7. Sapientia in mysterio .i. mystica.*

* Sic & Psal. 9. 10. Mat. 22. 16 1. Cor. 2. 7.

Post verbum substantivum sive expressum sive intellectum, præfixum nomini plurali, periphrasis est nominativi, etiam singularis, si de uno sermo sit, Psal. 118. 7. Dominus est בְּעֹזְרָי *in auxiliatoribus meis, .i. auxiliator meus, sic Psal. 54. 6. Prov. 23. 20. Psal. 99. 6. jungitur & singulari, Prov. 3. 26. Dominus erit* בְּכִסְלֶךָ *in fiducia tua .i. fiducia, Et priori nominativo, Prov. 16. 6. In timore Domini est recedere à malo .i. timor.* 20

Post adjectivum, superlativi index est, Cant. 1. יָפָה בַּנָּשִׁים *pulcra in mulieribus .i. pulcerrima mulierum. Sic Proverb. 30. 30. Lucæ 1. 42.* 21

כ sicut, circiter, juxta, secundùm, כְּשׁוֹשַׁנָּה *sicut lilium, vocant Caph* הַדִּמְיוֹן *similitudinis.* כְּאַלְפַּיִם *circiter bis mille,* כְּחַסְדְּךָ *secundum misericordiam tuam.* 22

Aliquando rei veritatem notat, ut כַּיּוֹם *sicut hodiè, tam verè ac hodiernus dies est. Sic Hos. 4. 4. & 5. 10.* * *Ioh. 1. 14. gloriam sicut unigeniti,* ὡς *.i.* ὄντως, ἀληθῶς 23

* Sic & Mat. 7. 29. Luc. 24. 42 1. Petr. 2. 13 1. Cor. 4. 1. 2. Cor. 3. 18 1. Th. 2. 13.

ἀληθῶς. Vocant כַּף אֲמִתִּי *id est Chaph ἀληθινόν.*

24 *Cum duæ res ex æquo inter se comparantur & absoluta utrinque similitudo significatur, Caph utrique voci præfigitur, ut Ies. 24. 2.* כָּעָם כַּכֹּהֵן *sicut populus sicut sacerdos .i. sicut p. sic sacerdos & sicut s. sic populus. Sic 1. Reg. 22. 24.]*

25 ל aliquando vim habet articuli, vel Dativi casus, ut Psalm. 3. multi dicunt לְנַפְשִׁי τῇ ψυχῇ μου, animæ meæ, [*vel genitivi, ut* מִזְמוֹר לְדָוִד τοῦ Δαβίδ, תְּפִלָּה
26 לְמֹשֶׁה *precatio Mosis, Psalm. 90. Sed prius nomen hic aliquando contrahitur, 1. Chron. 23. 28.* טָהֳרַת לְכָל־קֹדֶשׁ *purgatio*
27 *omnis sanctitatis. Aliàs significat* εἰς, ad, de, κατὰ, juxta, *Genes. 1.* לְמִינֵהֶם *juxta species suas*, quoad, per, *ut Num. 1. 3. per exercitum, & per manifestam hypallagen,* ἐν *.i.* in, ב / *ut supra* ב *pro* εἰς, ad, ל. *Genes. 38. 24. Psalm. 16.* לִשְׁאוֹל *in sepulcro. Vnde in N. Test.* εἰς *&* ἐν *toties permutantur, vide Pisc. notas. Item* ו &, *post præpositionem* בֵּין *Gen. 1.* בֵּין מַיִם לָמָיִם *inter aquas & aquas. Item* super, contra, propter, prope, cum *comitatus*, post, pro *defensionis vel auxilij &c.*

28 *Cum significat* ad, *sæpe est ellipsis verbi* pertinet,

pertinet, *Mich.* 3. 1. לָכֶם ad vos, *sc. pertinet, vestrum est, sic* לִי הַכֶּסֶף ad me argentum *pertinet, meum est.*

Post verbum substantivum eleganter 29
ponitur pro pro *.i. loco, vice, Exod.* 2. 10. *Fuitq́; ei* לְבֵן *pro filio, sic Num.* 10. 31. in oculos: *aut simpliciter in Nominativum resolvitur, Gen.* 2. 24. *Eruntq́;* לְבָשָׂר *in carnem unam, .i. caro una, vide & Matt.* 19. 5. 1. *Samuel.* 4. 9. Estote in viros *.i. viri Sic Iez.* 37. 27. *Confer* 2. *Corinth.* 6. 16. *Atque ita nihil refert sive* 1. *Ioh.* 5. *legas, Et hi tres* ἕν εἰσι *unum sunt, sive* εἰς ἕν, *in unum,* לְאֶחָד, *sensus idem.*

מ *ut & integrum* מִן à *vel* ab, ex, præ, 30
Et per Enall. cum, propter, *&c. significat. Item* ante, *Proverb.* 8. 23. מֵעוֹלָם ante seculum, *Confer vers.* 24. 25. *&c. Mich.* 5. 1. מִקֶּדֶם ante principium, מִימֵי ante dies seculi, *Ies.* 43. 13. מִיּוֹם *ante diem .i. antequam esset dies, Et* motum ad locum, *Genes.* 13. 11. מִקֶּדֶם versus orientem. *Sic* 2. *Sam.* 6. 2. *Confer.* 1. *Chron.* 13. 6. *Et defectum, Thr.* 4. 9. מִתְּנוּבוֹת defectu frugum. *Et* in, *Prov.* 25. 17. *Et* post, *Hos.* 6. 3. *&* apud *Psalm.* 31. 12. *vide Iun. Aliquando periphrasin adjectivi constituit, ut,* aper ex sylva,

id est

id est sylvestris, *Psalm.* 80. 14.

Sic fuit Syntaxis inseparabilium cum nomine. Quod ad separata attinet,] Præpositiones semper antecedunt, [*Adverbia etiam sequuntur,*] ut עַל יְהוָה &c. Contra Dominum, Psalm. 2. צַדִּיק מְאֹד *justus valdè*, atque hoc superlativum exprimit, pro, justissimus. Et geminatur, מְאֹד מְאֹד *valdè valdè* .i. quam maximè, & Exod. 1. בִּמְאֹד מְאֹד / אֵת accusativi articulus est, Genes. 1. 1. In principio creavit Deus אֵת־הַשָּׁמַיִם τὸν οὐρανόν. Quatuor autem istis prepositionibus ב/ל/מ sive מִן & אֵת־ universa ferè Latinorum rectio continetur.

[אֵין *&* לֹא *ante nomina per Ellipsin verbi substantivi frequentissimè usurpantur,* *&* לֹא *quidem absolutè negat,* אֵין *verò de tota aliqua & certa specie, undè per*, nullus, nihil, nemo, *plerunque redditur. De* לֹא *exempla fuerunt supra. Prov.* 21. 30. אֵין חָכְמָה וְאֵין תְּבוּנָה וְאֵין עֵצָה nulla sapientia, nulla intelligentia, nullum consilium *est* contra Dominum.

Porrò אֵין *negat rem, non actionem, unde Dan.* 9. 26. וְאֵין לוֹ *non verbum, sed nomen suppleri debet, plenum esset* וְאֵין עֹזֵר

לֹא & non erit ei ulla culpa, *citra ullam ipsius culpam.*

אֵין *&* לֹא *particulam universalem* כָּל־ 35 *præcedentia vel sequentia, universalem negationem evidenter indicant, unde* non omnis; *&*, omnis non, *idem sunt quod* nullius, *Psal* 143. לֹא *non* justifica*bitur &c. omnis vivens, .i. nullus vivens* justificabitur *&c. Dan.* 11. 37. Et ad omnem Deum לֹא non attendet, *.i. ad nullum, Koh.* 1. 9. אֵין כָּל־ *non est omne novum sub Sole, .i. nihil omninò novi. Genes.* 39. 23. אֵין כָּל־מְאוּמָה non omne quicquam, *.i. nihil omninò.*]

CAPUT VI.

De Synt. adverbii [*& Præposit.*] cum Pronomine.

ADverbia [*& præpositiones*] etiam 1 cum affixis componuntur, [*quæ post illa ferè recto Latin. casui, has verò obliquo respondent.*] Porrò affixum ךָ hic crebrum est [*pro* ךָ. / *Inseparabiles, ut* ב *in,* בּוֹ *in illo,* בָּהּ *in ea,* בְּךָ *in te M.* בָּךְ *in te F* בִּי *in me C.* בָּהֶם *in illis M.* בָּהֵמָּה *idem,* בָּהֵן *& ter* בָּהֶן *in illis F.* בָּכֶם

in vobis

in vobis M. בָּכֶן *in vobis F.* בָּנוּ *in nobis C.*

2 *Sic & ל / constituens pronomina Dativi casus, quamvis aliquando & hic alias significationes admittat, de quibus cap. 6. §. 27.* לוֹ *ei M* לָהּ *ei F.* לְךָ *tibi M.* לָךְ *tibi F.* לִי *mihi C.* לָהֶם *illis M* לָהֶן *illis F.* לָכֶם *vobis M.* לָכֶן *vobis F.* לָנוּ *nobis.*]

3 Pleonasmus Dativi elegans est, ut Genes. 12. לֶךְ לְךָ vade tibi. 21. וַתֵּשֶׁב לָהּ & sedit sibi. [Dativus positus post interrogativum מָה & habens post se alium Dativum cum copula, peculiarem idiotismum constituit, Judic. 11. 12. מַה־לִּי וָלָךְ quid mihi & tibi? .i. quid mihi tecum negotii est?] Sic Marc. 1. 24. Ioh. 2. 4

4 [כ *nudum his affixis junctum reperitur,* כָּהֶם *sicut illi,* כָּהֵן *&* כָּהֵנָּה *sicut illae.* כָּכֶם *sicut vos M.* כָּכֶן *sicut vos F. Alias assumit syllabam expletivam* מוֹ כְּמוֹ; *sed (:) in affixis levibus migrat in (ָ)* כָּמוֹהוּ *sicut ille,* כָּמוֹהָ *sicut illa,* כָּמוֹךָ *sicut tu M.* כָּמוֹנִי *sicut ego,* כְּמוֹהֶם *sicut illi,* כְּמוֹהֶן *sicut illae,* כְּמוֹכֶם *sicut vos M.* כְּמוֹכֶן *sicut vos F.* כָּמוֹנוּ *sicut nos.*]

5 אֵת [*cum significat* cum,] communem syntaxin sequitur; [*flectiturq; ut* קָם] אִתּוֹ cum illo, אִתָּם cum illis, אִתְּכֶם vobiscum, אִתָּנוּ nobiscum, אִתְּךָ tecum,

[*sic flectitur &* עם *cum*, עמו *cum illo*, עמך *tecum F.* עמם *cum illis*, עמכם *vobiscum*, *sed pro* עמי *mecum*, *etiam dicitur* עמדי,

Cum verò את *accusativi articulus est*,] 6
assumit holem, ut אתו eum, אתה *illam*, אתך אתך *te*, אתי *me*,] אתם & aliquando אתהם, [*& semel*, אותהם *illos*, אתכם *vos*, אתנו *nos.*]

מן assumit alterum מ, ממך [*à te*,] 7
ממנו [*ab illo & à nobis*, ממני *à me*, ממכם *&*] מכם à vobis. *Sic & sine* מ, מהם ab illis, pro quo & מנהם Job 11. Psal. 78. מנהו, vel ut Qimhius legit, מנהו, & Job 4. מנהו pro ממנו ab eo. Est & מני pro ממני à me, Isaj. 22. שעו מני *desinite à me.* Et מני Job 30. Aliquando tamen Jod in מני paragogicum est, ut Jes. 64. 6. מני בטן ab utero. Sic & cap. 30.

Prædictæ literæ מ / ל / כ / ב / etiam 8
cum relativo אשר componuntur, באשר *in quo* sc. loco, *ubi*, *ubicunque*, Et, *propterea quod*, Genes. 39. 9. כאשר *prout*, *sicut*, *quando*, *quum.* לאשר, ei qui. מאשר ex quo, de tempore, Jes. 43. 4. & de loco, Exod. 5. 11. à quo &c.

נגד coram, נגדו [*ut* חלק, *sic &* אצל 9
apud, אצלו,] בעבור propter, בעבורי propter me, &c. [אין *quasi in statu contracto* אין

cto אין *per affixa ad certam personam restringitur,*] איננו non ille, [איננה *non illa,* אינך *non tu,* אינני *non ego,*] איננם vel
10 אינימו non illi, [אינכם *non vos.*] Sic עוד adhuc, עודנו adhuc ille, [עודך *adhuc tu,* עודי *adhuc ego, &* עודני, עודם *adhuc illi,*] Thr. 4. עודינה adhuc nos, pro נו!
1 [איה *ubi, &* הנה *ecce, literam* ה *cum vocali antecedente abjiciunt* איו *ubi*
2 *ille?* איכה * *ubi tu?* איָם *ubi illi?* הנה *ecce* הנו *&* הנהו *ecce eum,* הנך *ecce te,* הנני *&* הנני *&* הנִי *ecce me,* הנם *ecce eos,* הנכם *ecce vos,* הננו הננו *ecce nos. Ex his quatuor, duo priora* אין *&* עוד *semper, posteriora aliquando inducunt Ellipsin verbi substantivi.* * Vide §. 18, cap. 4.

3 בלתי præter, *abjicit Iod,* בלתך præter te, בלתי præter me, בעד *pro, propter, per, circum,* בעדי *circum me,* בעדך *vel* בעדך *pro vel circa te,* בעדו *pro illo,* בעדכם *pro vobis.*

4 למען *propter,* למענהו *propter eum vel se,* למענך *propter te.* למעני *me,* למענכם *propter vos.* בגלל *propter,* זולת *præter,* לעמת *contra, mutant* (-) *in* (ָ) בגללו *&c. præterquam in gravibus, ubi manet* (ַ) בגללכם *&c.* אפס *præter, ut* מלך]

5 Præpositiones verò quinque cum

affixis contractum plurale imitantur, ut תַּחַת sub. תַּחְתָּיו תַּחְתֵּיהֶם | *Repertes tamen &* תַּחְתֶּנָּה *sub illa*, תַּחְתֵּנִי *me, propria verborum affixa, &* תַּחְתָּם *ys.*] אֶל ad, אֵלָיו ad eum, אֲלֵיהֶם [*&* אֱלֵיהֶם *ad eos*, אֲלֵיכֶם *ad vos.*] עַל contra, עָלָיו עֲלֵיהֶם sic עַד עָדָיו עֲדֵיהֶם / Et אַחַר אַחֲרָיו אַחֲרֵיהֶם /

[*Quatuor posteriora*] etiam cum nominibus separatis interdum [*formam contracti pluralis induunt*,] אֱלֵי / עֲלֵי / עֲדֵי / אַחֲרֵי / Gen. 49. עֲלֵי שׁוּר super murum, &c. [*Talia sunt & adverbium* אַשְׁרֵי / אַשְׁרָיו אַשְׁרֵיהֶם / *quod si nomen esset, cum affixis levibus diceretur* אֲשָׁרָיו *&c.*] Et בִּלְעֲדֵי præter, בִּלְעָדַי præter me. [*Huc referunt &* לִפְנֵי *coram*, לְפָנָיו לִפְנֵיהֶם / Et מִפְּנֵי מִפָּנָיו מִפְּנֵיהֶם / *&c.* בֵּין *inter, jam masculina, jam fœminina pluralia imitatur, etiam ut singulare affixa assumit* בֵּינוֹ *inter eum*, בֵּינְךָ *&* בֵּינֶיךָ *inter te*, בֵּינִי *inter me*, בֵּינֵיהֶם *&* בֵּינוֹתָם *eos* בֵּינֵיכֶם *vos* בֵּינֵינוּ *&* בֵּינוֹתֵינוּ *&* בֵּינֵנוּ *inter nos.* לְבַד *seorsim, cum affixis per* solus *redditur*, לְבַדּוֹ *solus ille &c.*

CAPUT

CAPUT VII.

De Syntaxi adverbii [& *Præpositionis*] cum verbo, [*& alijs adverbijs.*]

1 ADVERBIA negantia אַל & לֹא verbis adjunguntur: sed illud futuro tantùm, [*& communiter dehortantis vel deprecantis est:*] *hoc omnibus temporibus, excepto futuro primo*, Proverb. 3. אַל־תִּירָא / *ne timeas.* [*Ier. 15. 15.* אַל־תִּקָּחֵנִי *ne tollas me. Exod. 20.* לֹא תִנְאָף *non mæchaberis.*] Gen. 4. sed ad Kain
2 &c. לֹא שָׁעָה non respexit. [אַיִן *in fine membri alicujus sententiæ usurpatur, atq; ab antecedentibus semper dependet, facitq; ellipticam locutionem, Exod. 17. 7. An Dominus est inter nos* אִם־אָיִן *an non?*] Job 3. expectet lucem וָאַיִן &
3 non, sub. sit. [אֵין *participijs ut nominibus jungitur, vide cap. 6. § 33. 34. At* לֹא *participijs junctum de certo aliquo & individuo negat. Psal. 32. 9. Infinitivus pro participio vel nomine est. Ierem. 38. 5. ellipsis est* אֲשֶׁר *ante* יוּכַל /
4 בַּל *jungitur præterito & Futuro, sic &* בְּלִי / *sed hoc quoque Participio, Hos. 7. 8.*

 placenta

placenta בְּלִי הֲפוּכָה *non versa.* בִּלְתִּי *cum præt. & part.* לְבִלְתִּי ut non, *cum Infinit. præt. & fut.* פֶּן *ne, Futuro tantum, excepto loco 2. Sam. 20. 6. Porrò ante hoc* פֶּן *sæpè ἐλλείπει verbum* רְאֵה / *Genes. 3.* Et nunc *videndum* פֶּן ne immittat manum &c.] 5

6 Præpositiones inseparabiles quodam modo etiam sunt affectæ ad verbum infinitum, ut לְדַבֵּר ad loquendum, לִפְקוֹד ad visitandum [.i. ut visitem, es, et, vel, visitarem res, ret. לִהְיוֹת ut sit vel esset pro לִהְיוֹת / Latini aliquando etiam exprimunt per Gerundium in Di, Koh. 3. 5. עֵת לְהַשְׁלִיךְ tempus projiciendi, & *Dum*, 2. Reg. 4. 13. מֶה לַעֲשׂוֹת *quid faciendum?* & simplex infinitum, לֹא אָבָה לָלִין *non voluit pernoctare*, Jud. 19. 10. vel nomen, 2. Chron. 16. 13. *anno 41.* לְמָלְכוֹ *regnare sui* .i. regni sui.

Hinc usque ad finem §. 9. character cursivus adhiberi debuisset.

7 בְּדַבֵּר in loquendo, בִּפְקוֹד in visitando .i. quum, quando, dum visitabat vel visitaret, vel visitante, sc. illo vel illo, בִּהְיוֹת dum est vel esset, pro בִּהְיוֹת / כִּפְקוֹד/כְּדַבֵּר ; *κατὰ τὸ ἐπισκέπτεσθαι*, secundum visitare .i. cum visitaret, vel, quum, * quando, postquam visitasset; notat enim ferè tempus præteritum, Gen. 27. 34. Aliquando per simili-

* Sic quoque ante Participium Gen. 38. 29.

similitudinem explicatur, Jez. 34. 14. כְּשְׂמֹחַ כָּל הָאָרֶץ secundum lætari universam terram .i. sicuti lætatur omnis terra. Et מִן / ut מִפְּקוֹר / מִדַּבֵּר à visi-
9 tando, .i. ne visitet, & semel cum לֹ / מִלְּבוֹא Amos 6. 14. Dictum est supra מ sive מִן sæpè comparativè accipi. Ea comparatio in hac syntaxi sæpè adversativæ æquipollet, ut Psal. 118. Bonum est confidere in Deo præ confidere in hominibus. Sensus est, non autem confidere in hominibus. Sic Proverb. 25. 7. 1. Corint. 7. Melius est nubere, quàm uri. Sic 1. Petr. 3. 17. Luc. 18. *Descendit hic magis justificatus*, ἢ ἐκεῖνος, quàm ille, .i. non autem ille, ut ἢ non ineptè illic exponas per οὐ, *non*, non ille, atque ita supplementum illud *magis* non est necessarium. Sic veteres exposuerunt illud Hom. sine Ellipsi τοῦ μᾶλλον, βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι, .i. οὐ δὲ ἀπολέσθ.]

10 Cum Infinitis Hiphil [*literæ* בְּלְ] *contractè sæpè junguntur*, ut לַפְקִיד pro לְהַפְקִיד / [לָרִיב pro לְהָרִיב] / לַצְבּוֹת pro לְהַצְבּוֹת] Idem fit interdum & in Niphal, Thr. 2. בְּעָטֵף pro בְּהֵעָטֵף / Prov. 24. בִּכָּשְׁלוֹ pro בְּהִכָּשְׁלוֹ [בְּהָרֵג pro בְּהֵהָרֵג ;

Iez. 26. 15. Euphoniæ caussa, sic לֵרָאוֹת *pro* לְהַר]

11 Præpositiones eædem junguntur etiam aliis adverbiis, [,eaque sæpè in alienam naturam commutant] בַּמָּה tot, quot, quoties, &c. מֵאַיִן unde, [בְּלֹא & בִּבְלִי & בְּאֵין; *sine,* עַל *super, de contiguis,* מֵעַל *supra, de non contiguis, & desuper,* בְּעֵבֶר *cis,* מֵעֵבֶר *trans. Sed hæc aliquando confunduntur.* לְלֹא & לִבְלִי & לְאֵין *sine,* מֵאָז *ex tunc, ex eo, ex quo. Sic* ἀπὸ τότε *Matth. 4. 17. &*, ante tunc, *.i. ante ullum tempus, Psal. 93. 2.* מֵעַתָּה ἀπὸ τοῦ νῦν, *vel* ἀπ᾽ ἄρτι מִבְּלִי *propterea quod nulli æ, a. & absque, & propterea quod non.* מִלְּבַד *præter.* מִשָּׁם *illinc,* בְּעוֹד *in adhuc, cum, dum adhuc sum, vel essem, vel ero, eris, erit, &c. Semper est cum ellipsi Infiniti* הֱיוֹת *pro* בִּהְיוֹת עוֹד ; מֵעוֹד *ex quo. Vide Appendicem ad Caput Numer. 22. 30.*

Sed & separata sic junguntur, עַד מָתַי 12
quousque, עַד הֵנָּה & עַד כֹּה *hucusque, unde contracta sunt,* עֲדֶנָּה & עֲדֶן *dicitur. &* עַד כֵּן ; עַד מְאֹד *usque valde,* עַד אָז & עַד אָנָה *quousque,* עַד אֵין ; עַד בִּלְתִּי *donec non,* עַד לְמַעְלָה *usque sursum .i. in summo gradu, 2. Chron. 16. 12.* עַד אֲשֶׁר ; עַד שֶׁ ;

usque dum. לְבַד מִן *præter, Exod. 12. 27. Iud. 8. 24. Deut. 3. 5.*]

CAPUT VIII.

De communi anomalia in adverbiis.

1 [הֲ *interrogativum aliquando deest, & tunc verba pronunciatione juvanda sunt, Iob 2. bonum accepimus à Deo, & malum* לֹא נְקַבֵּל *non accipiemus?* לֹא *non pro* הֲלֹא *annon? Iob 40.* תִּמְשׁוֹךְ *trahes Leviathanem hamo? pro* הֲתִמְשׁוֹךְ *an trahes? Sic explicant Mich. 5. Et tu B. Ephrata* צָעִיר *&c. parva ut sis? pro* הֲצָעִיר *sed alij aliter. Sic quoque 1. Cor. 11. 13.*]

2 Negatio sæpè ex antecedente aliquo membro intelligitur. Psal. 9. 19. כִּי לֹא לָנֶצַח יִשָּׁכַח אֶבְיוֹן תִּקְוַת עֲנִיִּים תֹּאבַד לָעַד *nam non in seculum oblivioni erit pauper: spes pauperum peribit in seculum*, id est, *non peribit.*

3 אֶת Deut. 4. בָּרָא אֱלֹהִים אָדָם / *creavit Deus hominem*, id est, אֶת־אָדָם /

4 ל Deut. 28. וֶהֱשִׁיבְךָ יְהוָה מִצְרַיִם / *& reducet te Dominus in Ægyptum*, pro לְמִצְרַיִם / וּלְדָוִד הִגִּיד / *& Davidi renuncia-*

tum est, pro וְלָדוֹר,

[*Desideratur etiam aliquando ante nomina, quæ nihilominus * adverbiorum naturam retinent, ut* בֶּטַח securè, *pro* לְבֶטַח, *sic* בָּדָד *pro* לְבָדָד *solitariè.*] 5

* Lib. 2. cap. 5. §. 17.

In nominibus loci pro ל *ad*, sæpè est ה paragogicum, [*quod locale vocant. Voces autem si non invenit, facit penacutas, vocalemq; ultimam penacutorum detrahit,* צָפוֹן, *Aquilo,* צָפֹנָה *aquilonem versus,* בַּיְתָה *domum versus,*] שָׁמַיְמָה in cœlum, [*sic* גֹּרְנָה, קֵדְמָה, פְּתֹחָה, *&c. Ab* אֶרֶץ *tamen dicitur* אַרְצָה, *in terram, cum phathach. Et cum articulo præfixo,* הָאֹהֱלָה *ad tentorium, Exod. 18. 7. ubi & ∴ pro (:) Additur & vocibus quæ in statu regiminis sunt, ut* מִדְבַּרָה דַמָּשֶׂק *in desertum Dammasci, unde est* בְּ] sed & in aliis idem usu venit interdum, Psal. 44. vers. ult. עֶזְרָתָה in auxilium, [יָמִימָה *in dies, 1. Sam. 13. 3.*] 6

1. Reg. 19. 15.

Porrò Ellipsis præpositionis utriusq; אֵת & ל in syntaxi contracta, tum nominum, tum verborum, plurima est, פְּקָדוֹ *visitavit eum*, quod integra syntaxi diceretur פָּקַד אוֹתוֹ, Sic contractè dicimus, דְּבַר יְהוָה *verbum Domini*, quod integrè diceretur, דָּבָר לַיהוָה sicut 7

[תְּפִלָּה לְמֹשֶׁה *Psal. 90.*] Sic 1. Chron. 17. 24. אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל אֱלֹהִים לְיִשְׂרָאֵל *Deus Israelis.* Ergo in talibus contractæ syntaxeos formulis ellipsis hæc intelligatur. †

8 ב / Job 1. *& faciebant convivium* בֵּית *domo,* pro בְּבֵית *in domo.* Psal. 66. פִּי ore meo, pro בְּפִי † [*Genes. 42. 15.* חֵי פַרְעֹה *pro* בְּחֵי *per vitam Pharaonis.*

9 *Nomina, quæ * cum eâ pro adverbijs usurpabantur, eâ deficiente nihilominus adverbiascunt,* מְהֵרָה *velociter, pro* בִּמְהֵרָה *in festinatione. Sic* סָבִיב / *circum circa, pro* בְּסָבִיב *in circuitu. Psalm. 75. judicabo* צְדָקוֹת *pro* בִּצְ *in justitijs .i. justissimè. Deficit quoque* ב *post participia præterita Kal integra,* לָבוּשׁ בְּגָדִים *indutus vestibus pro* בִּבְגָ] * Lib. 2. cap. 5. §. 17.

10 מִן seu מ Exod. 37. *& fecit propitiatorium,* זָהָב *auro,* pro מִזָּהָב / Exod. 19. *cavete,* עֲלוֹת *ascendere,* pro מֵעֲלוֹת ab ascendendo. [סָבִיב *pro* מִסָּבִיב *à circuitu .i. undequaque.*]

11 כ / Psal. 11. צִפּוֹר pro כְּצִפּוֹר *sicut passer.* Mich. 3. *Sion arabitur,* שָׂדֶה pro כְּשָׂדֶה *sicut ager.* [*In similitudine etiam* כ *sive* כְּמוֹ *& synonymum* כַּאֲשֶׁר / *notæ protaseos, sæpè desunt: ut &* כֵּן sic, *nota apodoseos.*

Aliquando

Aliquando utraque abest, Exempla crebra in Iob & Proverb. Iob 24. 19. sicuti calor & siccitas rapiunt aquas nivis, *sic* sepulcrum *rapit eos qui* peccarunt. *Ex quo loco nimis licenter à vulgario Interprete translato duplicem Gehennam fabricati sunt * veteres.*

* Hieron. ad Matth. 10. 28. & Iob. 24. Haymo, Albertus. Carthus. Sed melius Iansenius ad Matth 8. 12.

Deficit & כ ante אֲשֶׁר / *Ier. 48. 8. Lev. 7. 36. &c. ubi significat*, quemadmodum.

לְבַד *solùm, 1. Sam. 8. 7. non te spreverunt, sed me &c. ubi in antithesi etiam* 12
גַּם etiam, *aut* יוֹתֵר *magis desideratur, sensus*, non *solum* te, sed *etiam* me spreverunt, *aut*, sed magis me spreverunt, *aut*, non tàm te, quàm me spreverunt. *Crebræ ejusmodi Ellipses sunt in * Iohanne. Vide & Rom. 4. 9. Marc. 9. 37.*

* Ioh. 5. 30. 6. 38. 12. 44. Matt. 5. 46.

כְּמוֹ / *Numer. 14. 21.* חַי אָנִי *ut* vivus 13
ego *sum, quàm verè vivo.* חַי יְהוָה *ut* vivit DOMINUS. *Si sequatur* אִם *illud per* non *exponendum. Confer saltem vers. 16. & 18. cap. 14. Ezech.* 1. *Sam.* 14. 45. *At* אִם לֹא *post* חַי אָנִי *redundat, & ut* אִם *negativam, ita hoc affirmativum juramentum * constituit.*

* Confer Num. 14. 21. & 28. Iud. 8. 19.

PLEONASMUS [*hîc varius, luxu-* 14
rians & elegans est, præcipuè in appositione, 2. Sam. 7. 7. אֶת־עַמִּי אֶת־יִשְׂרָאֵל

τὸν λαόν

τὸν λάον μȣ τὸν Ἰσραὴλ, Matth. 2. 6. ubi posterius אֶת *πλεονάζει, Idem accidit* ב *2. Sam. 18. 12.* ל *: Gen. 32. 18.* עִם cum, *Genes. 21. 10.* אֶל *2. Sam. 7. 5.* עַל *vers. 8.* כ *vers. 23. sicut populus tuus,* SICUT *Israel.*]

15 אֶת / † [*1. Samuel. 17. 34. Venit Leo* וְאֶת הַדּוֹב *& ursus.*]

16 ב / Job 16. *aperuêrunt super me* בְּפִיהֶם IN *ore suo* .i. os suum. [בְּטֶרֶם IN *antequam,* בְּבֵין IN *inter,* בְּיוֹמָם IN *interdiu.*]

17 ל / Exod.9. לְמִן in a, [*sic* לְנֶגֶד *coram,* לְאַחַר *post,* לְמֵרָחוֹק *de longe,* לְמִבֵּית *intus &c. Concurrit & pleonasticè cum* ה *locali,* לִשְׁאוֹלָה *ad sepulcrum usque* לְמַעְלָה *sursum. Est & prostheticum in* לְאוֹם *&* לְאֻמִּים *nationes, 1. Chron. 3. 2.* שְׁלִישִׁי
18 לְאַבְשָׁלוֹם *tertius Absolom. Putant & πλεονάζειν in* הָרְגוּ לְאַבְנֵר *occiderunt Abnerum 2. Samuel. 3. 30. Sed potest esse Enallage* ל *pro* אֶת] לְמַבָּרִאשׁוֹנָה à principio [*ubi etiam* ב *abundat,*] & מ pro
19 מִ [*Eleganter etiam πλεονάζει post multa adverbia, ut* תַּחַת לְרֹאשִׁי *sub capite meo Cant. 2. 6. Vide & Gen. 1. 7. & 22. 9. Deut. 30. 13. Cant. 4. 1.*

20 כ *redundat Psalm. 49. 21. assimilatus est,*

est, כַּבְּהֵמוֹת *sicut bestijs. Sic & Iob* 30. 19. *Rom.* 9. 29.

מ / מִטֶּרֶם *priusquam,* מִבַּלְעֲדֵי *præte* 1
מִתַּחַת *sub,* מִחוּץ *extra,* מִלְּעֻמַּת *è regio…,*
מִלְּעֻמָּתוֹ *è regione ejus,* מִלְּפָנִים *ante,*
מִלְמַטָּה *deorsum,* מֵאֵצֶל *juxta Iez.* 4. 7.
Et post adverbium חוּץ / *ut* חוּץ מִמֶּנִּי *præter me.*

אֵת & עִם cum, אֶל ad, *post* מ *sæpè a-* 22
bundant, etiam cum affixis, מֵאִתּוֹ *ab eo,* מֵעִם *a, sic &* עַל / *ut* 2. *Reg.* 15. 18. מֵעַל *à peccatis Ierob.*

אֶל *sequente alio adverbio aut præposit.* 23
varios pleonasmos efficit, vide Lev. 4. 12. *Exod.* 26. 9. *Deut.* 36. 13.

Continuâ repetitione adverbij superla- 24
tiva locutio notatur, Deut. 28. 24. *suprà, suprà: infra, infra .i. quàm supremè, quàm infimè. Etiam duo synonyma ad majo-* 25
rem Emphasin aliquando junguntur, Ioel. 3. 4. *citò velociter, Ies.* 30. 13. *Repentè momento, quod etiam de duabus exclusivis, negativis & interrogativis intelligendum est.*

De Enallage & Antimeriâ vide ad finem cap. 9.]

CAPUT

CAPUT IX.

De Syntaxi Conjunctionis.

1 Conjunctionis syntaxis est in sola
antecessione. E copulativis au-
tem ו quaslibet consonas antecedit,
2 מֹשֶׁה וְדָוִד, Ante [*vocales raptas &*
ְ habet se ut בכל *lib.2. cap. 5. §.3.4.* וַאֲנִי,
וַאֲמַרְתֶּם / וַאֲנִי *vo-oni*, וִיהוּדָה] Item
contractè, וֵאלֹהִים & Deus, וַאדֹנָי &
Dominus, [*sic leges &* וַיהוָה vadonaj.
Ante חֲ *&* הֲ *verborum* הָיָה *&* חָיָה *habet*
hirik, וִהְיוּ / וִחְיוּ, *At* וִהְיֵה *pro* וֶהְיֵה / *ut &*
3 וַעֲיָרִים *pro* וַעֲ / *Alias*] ante çeva &
consonas פ / מ / ב / habet çurek, וּבָנִים
& filii, וּשְׁנֵי & duo. [*Quod imitantur,*
וּצְעַק *& clama*] וּשְׂדֵה & ager.
4 . [Ante voces monosyllabas aut bi- Hi duo §§. charactere cursivo excudi debuissent.
syllabas penacutas delectatur vocali
camets, etiam ante פ / מ / ב / וָקָם, וָעוֹף,
וָמֵתוּ, וָבֹהוּ, &c.

5 Cum ponitur post vocem continuò
repetitam, vel diversitas denotatur,
ut Psalm. 12. בְּלֵב וָלֵב corde & corde .i.
duplici corde, sic Deut. 25. 13. *pondus*
& pondus: vel distributio, maximè si
antecedat כָּל, Esth. 9, 21. בְּכָל־שָׁנָה וְשָׁנָה

in omni

in omni anno & anno, .i. unoquoque anno, ſic & verſ. 28. & ſine כָּל / Ezr. 10. 4. זִקְנֵי עִיר וָעִיר ſeniores urbis & urbis, .i. cujuſque urbis.

6 Hæc conjunctio promiſcuè numeralium nominum minus majúſve præponit: Ezechiel. 45. חֲמִשָּׁה וְעֶשְׂרִים / *quinque & viginti.* Idem 40. עֶשְׂרִים וַחֲמִשָּׁה / *viginti & quinque.*

7 Mutat quoque interdum præteritum in futurum, ſed tunc ſingularis primæ & ſecundæ maſculinæ accentus ferè detruditur, ut Deut. 30. וּבָחַרְתָּ / *& eliges.* Ezech. 38. וְחָשַׁבְתָּ / *& cogitabis.* Exod. 22. וְשָׁמַעְתִּי / *& audiam*, 23. וְשִׁלַּחְתִּי / *& mittam.* Idem fit nonnun- 8
quam & in tertia fœminina. Exod. 26. וְהִבְדִּילָה *& distinguet.* Iſa. 11. וְנָחָה *& requieſcet.* Exod. 23. וְרַבָּה / *& multiplicabitur.* Item plurali. Numer. 4. וְשָׂמוּ / *& ponent.* Excipe finita א aut ה: ut וְקָרָאתָ *& clamabis*, וְגָלִיתִי *& migrabo.* †

At Vau, cum habet phathach [*ſe-* 9
quente Dages,] futurum in præteritum commutat: ut Job 6. וַיַּעַן *& reſpondit.* [*& excidente Dages*] וַיְדַבֵּר / *& locutus eſt.* Ante א eſt וָ / Zach. 5. וָאֶשָּׂא *& ſuſtuli.* Eadem vis eſt interdum ad- 10

verbii

verbii אָז, Jos. 10. אָז יְדַבֵּר *tunc locutus*
est. †

1 Interdum etiam fit eadem enallage
sine ו, Job 4. וָקוֹל אֶשְׁמָע *& vocem au-*
2 *diebam. Hoc* ו *retrahit accentum ad pe-*
nultimam [in istis Futuris, quæ desinunt
in consonam mobilem, præeunte geminâ
vocali longâ;] ac proinde (..) vel hirik l.
ultimæ in segol: holem vel ו *in* ָ *breve*
aut (.) corripit, ut וַיָּקָם [יָקוּם, וַיָּרָם יָרוּם,
3 *Exod.* 16. 20.] וַיֹּאמֶר, &c. Cum gut-
turali vel ר sæpè hic est phathach, ut
וַתָּנַח [*ex* תָּנוּחַ, *sic* וַתָּרַע *ex* תָּרִיעַ, *item*
וַתָּעַר, *Neh.* 9. 29. *Sic &* וַיּוֹכַח וַיָּרַע, *&c.*
quamvis ea quoque extra hunc casum
*phathach habeant ex * contractione.* וַיָּסַר
4 *in Kal & Hiphil. At prima singularis*
hic semper excipitur, & paucula quædam
alia, ut Genes. 6. 11. 2. *Sam.* 2. *vers. ult.*

* De qua l. 1. cap. 4. §. 23.

5 *Idem* ו *præfixum futuris secundis fini-*
torum ה *perpetuò ferè inducit Apocopen*
ultimæ וַיִּבֶן *&c. Utrumque autem illud*
cum eo habet commune adverbium אַל,
ut אַל תֵּרֶף, אַל תְּלַהֵם]

6 Causales לְמַעַן, יַעַן, בַּעֲבוּר variè col-
locantur. Cum futuro vel infinito
verbo, Exod. 20. בַּעֲבוּר תִּהְיֶה *ut sit.*
לְבַעֲבוּר נַסּוֹת *ut tentet.* Psalm. 130. לְמַעַן

תִּוָּרֵא *ut timearis.* Mich. 6. לְמַעַן דַּעַת *ut sciant.* יַעַן cum præterito vel infinito, Genes. 22. יַעַן אֲשֶׁר עָשִׂיתָ *eo quod fecisti.* Ezech. 34. יַעַן הֱיוֹת *quia fuit.*

[*Copulativæ* אַף *&* גַּם *etiam sæpè augent & intendunt sententiam magis quam copulant, Levit. 26. 28. Gen. 7. 3.*

Conjunctiones aliquando inter se, aliquando cum adverbiis & pronomine אֲשֶׁר *&* שֶׁ *junguntur,* אַף כִּי quanto magis, *præcedente sententiâ affirm. Prov. 11. 31. &*, quanto minus, *præcedente negativâ* 1. *Reg.* 8. 27. בְּשַׁגַּם *eò quod etiam,* אִם אַיִן *sin minus,* גַּם כִּי *etiamsi,* לְמַעַן אֲשֶׁר *propterea quod, Gen.* 18. 19. עֵקֶב אֲשֶׁר *&* עֵקֶב כִּי *&* מִפְּנֵי אֲשֶׁר *idem,* עַד אִם *&* עַד כִּי *donec.*]

Asyndeton autem & polysyndeton rariora hîc sunt, Habac. 3. שֶׁמֶשׁ יָרֵחַ, *sol, luna,* id est, *& luna.* [*Psalm. 133. 3. sicut ros Hermon, qui descendit &c. pro, Et qui descendit &c.*] Asyndeton copulativæ distributionem significantis, Num. 3. *& accipies quinque quinque siclos.* integra oratio esset, *quinque & quinque,* id est, *quinos siclos.* [1. *Reg.* 17. 29. *Et faciebant sibi* גּוֹי גּוֹי *gens gens deos suos, .i. singulæ gentes, sic* אִישׁ אִישׁ, *Vir vir, .i. unusquisque. Gen. 7. 9. duo duo, .i. bina.*

.i. bina. Sic Marc. 6. vers. 7. 39. 40.

1 *Huc refer Genes. 14. 10. Et vallis erat putei putei, pro, & putei: .i. passim plena erat puteis, 2. Reg. 3. 16. Fac torrentem foveas foveas, .i. plurimas foveas.*

2 * *Deest & ו post numeralia a* 2. *ad* 10. *cum ante alia in formâ integrâ collocantur;* שְׁלֹשָׁה־עָשָׂר *pro* וְעָשָׂר *tres & decem.* * Confer cap. 1. §. 34. lib. 2.

3 *Ellipsis voculæ* כִּי [*Psal.* 9. 21. cognoscant, אֱנוֹשׁ הֵמָּה *quod* homines sint.]

4 Interdum deest disjunctiva, 2. Reg. 9. שְׁנַיִם שְׁלֹשָׁה סָרִיסִים *duo* vel *tres Eunuchi.* [*Et* גַּם etiam, *vide cap. 8. §. 13.*

5 *Pleonasmus copulativæ frequens est ante* עַד [*sed & alibi,*] Job 23. 12. *à præcepto labiorum ejus* ET *non recedo.* Sic Gen. 22. 4. Polysyndeton, [*Genes 43. 8.*] Et Gen. 36. *Filij Tsibon & Ajah & Anah.*

6 [*Sæpè redundat* אִם *post alias particulas, Genes.* 28. 15. *Iez.* 20. 39. *Iud* 7 14. *In* יַעַן אֲשֶׁר *&* יַעַן כִּי *& similibus,* כִּי *&* אֲשֶׁר *quoque abundant. Illud verò* יַעַן וּבְיַעַן *quia & quia, Levit.* 26. 43. *emphaticum est. Redundat etiam* אִם לֹא *in juramentis aut asseverationibus gravioribus, etiam extra formam de qua cap.8. §. 13. dictum est, Ies.* 14. 24. *juravit Dominus* אִם לֹא SI NON *fiet sic &c. .i. fiet sic.*

Enallage vocum sine numero.

Inseparabiles, ב ל מ *sæpè inter se & cum separatis permutari ex cap. 5. liquet. De cæteris quoque Lexica consulenda. Nos hic quædam peculiaria annotabimus*

* Confer cap. 7. §. 9.

אַל ne & לֹא non, *pro* * מִן potius quam. *Hos 6. 6. Misericordiam volo,* וְלֹא *& non sacrificium .i. potius quam. Sic Ioel* 2. 13. *Matth.* 5. 29. & 24. 35.

* Sic & Psal. 95. 11. & Hebr. 3. 7.

אִם si *pro* non, *etiam extra formam, de qua cap.* 8. §. 13. *ut* * *Psal. 89. 36. Sic Marc.* 8. 12. *ubi pro* εἰ, *Syrus habet,* לָא non, *& unus codex,* οὐ. *Vt autem sic statuam facit collatio locorum cap.* 8. §. 13. *prolatorum & similium cum Ezech.*14.18.

אֶל ad (*ut* ל) *pro* עַל super. *Psal. 9. 5. Et pro* עַל propter, 2. *Sam.* 21. 1. *propter Saul & propter domum sanguinis. Vbi in Ebr. est* אֶל *; sic* 1.*Sam.*4. 21. *Gen.37.35.* Descendam lugens in sepulcrum, אֶל־בְּנִי propter filium meum. *Et pro* אֶת *notâ Acc. casus, Psal.*2. 7. *Ies.* 38. 19. *Ier.* 10. 2. *Sic contra* אֶת *&* עַל *pro* אֶל *vide in Lexicis.*

אֶת *pro* ל *Iob* 26. 4. אֶת מִי *pro* לְמִי cui. *Contra* ל *pro* אֶת *juxta quosdam,*

הרגו

הָרְגוּ לְאַבְנֵר 2. *Sam.* 3. 30.

32 ו *&* pro או aut, *Ex.* 21. 15. *Maledicens patri & matri, Matth.* 15. 4. ἢ μητρὶ, *aut*
33 *matri.* 2. *pro*, id est, *ut sit* ἐξηγητικὸν, *Iud.* 8. 27. *Sic in N. T.* Deus & pater Domini nostri, *&c.* 1. *Cor.* 15. 24. 2. *Cor.*
34 1. 3. *Gal.* 1. 4. &c. 3. *Est indignantis, Koh.* 2. 15. *Sic Act.* 23. 3. 2. *Corinth.* 2. 2. *Matth.* 15. 16. *Sic & Virg. Et quisquam*
35 *numen Iunonis adoret?* 4. *Significat &* præsertim, *quoties præponitur parti excellentiori post totum, Psalm.* 18. 1. è manu hostium & Saulis, 1. *Reg.* 11. 1. *Salomo amabat multas filias alienigenas & filiam Pharaonis. Sic Psalm.* 47. 16. *Act.* 1. 14. & 26. 22. *In Prophetis & Mose. Sic Troas & Hectora. — Danaum atque immitis Achilli, O Dij & Iupiter,*
36 *apud Aristoph.* 5. *Pro* sic כֵּן, *Prov.* 10. 25. *Matth.* 6. 10. *&* sicuti, *Prov.* 25. 25.
37 *Et Iob* 5. 7. 6. *Pro* עִם cum, *Exod.* 1. וְיוֹסֵף *cum Ioseph, & contra* עִם *pro* ו 1. *Sam.* 16. 12 *Nah.* 3. 12. *significat &* sed, tamen *&c. quæ vide in Thes. Pagn. & apud Cl. Drusium, de literis Mosche vecaleb.*

38 אִם לֹא nisi, *pro* כִּי אִם sed, *Gen.* 24. 38. *Sic Gal.* 2. 16. εἰ μὴ, nisi ex fide, *pro*

 ἀλλὰ,

ἀλλὰ, sed, *Matth.* 12. 4.

כִּי quia, *pro* quamvis Jos. 17. 18. *Gen.* 39
8. 21. כִּי quamvis figmentum cordis humani malum sit ab infantia, &c. *Et pro* לָכֵן propterea, *Psal.* 116. 10. *Confer* 2. *Cor.* 4. 13. *ubi est* διὸ, *Genes.* 22 17. *Koheleth* 8. 6. *vide Angl. Atque huc referunt quidam, Luc.* 7. 47. ὅτι, *ideò dilexit multum. Significat &* certè, *Saph.* 2. 9. 1. *Sam.* 25 34. *Et contrà* לָכֵן *pro* כִּי quia, *Ies.* 26. 14.

ANTIMERIA.

Adverbium pro nomine, Ioel 3. 12. 40
פַּחַד פִּתְאֹם pavor repente *.i. repentinus.*
אֲשֶׁר *&* שֶׁ *pro* כִּי *passim, & pro* לְמַעַן 41
ut, *Deut* 4. 40. *Pro* וְ *Koh.* 5. 17. *Et* 42
contra וְ *pro* אֲשֶׁר qui, *Mal.* 3. 1. *Matth.* 11. 10. *Hab.* 2. 5.]

CAPUT X.

DE PAUSIS.

SEntentiæ distinctio, spiritusque depositio pausæ nomen hic obtinuit & locum ferè accentus occupat. Est autem duplex, nempè incoatæ aut perfectæ sententiæ. Incoatæ senten- 1 2

tiæ pausa

tiæ pausa in summa litera notatur, estque duplex 1 Rebiang & 2 Zakeph 1. דְּבָר
3 [*Katon.*] Perfectæ sententiæ pausa 2. וְדָבָר
notatur in ima litera, itemque duplex
est, 3 Athnach & 4 Soph pasuk, [*seu* 3. דָּבָר
4 *Siluk.*] Atque hæ pausæ, [*præcipuè* 4. דָּבָר
verò Athnach & Siluk] syllabam sæpè producunt, [*vel mutando vocalem brevem in longam; vel (:) ejusq; vicaria puncta rapta in vocalem. Cum mutant vocalem brevem in longā, retinent suam sedem. Mutant autem phathach in (ד) ut* דְּבָרָי *&c. At in* אָתָה *&* עָתָּה *mutatur sedes.*

5 *Segol quoque penultimum in penacutis mutant in (ד)* לָכֶת / אוֹכָלֶת / תִּפְאָרֶת / זָרַע *Excipiuntur tamen utrinque plurima quæ Masorethæ notarunt,* מֶלֶךְ *nunquam mutatur, &* אֶרֶץ *cum articulo & ו / etiam extra Pausam semper* אָרֶץ /

6 *Cum verò Pausæ, propriam sedem in ultima syllaba habituræ, mutant çeva aut punctum raptum præcedens in vocalem, retrocedunt ad illam. Quod si verò illud çeva antecesserit vocalis parva ex (:) descendens, §. 7. cap. 2. libr. 1. ea denuò*
7 *redit in scheva. Accidit autem hoc ipsum 1. ante affixum* ךָ / *ut* יָדֶךָ *pro* יָדְךָ /

כּוּרְמֵךְ pro כּוּרְמְךָ quod est pro רְמְ sic & פִּשְׁעֵךְ pro פִּשְׁעֲךָ, יְצִילֵךְ pro יַצִּילְךָ, At in בָּךְ, לָךְ, עִמָּךְ, אוֹתָךְ, אִתָּךְ fit vocalium transpositio, בָּךְ, לָךְ, עִמָּךְ, &c. ac si fœminina essent.

2. Ante hirik longum in Monosyllabis nominibus, פְּרִי pro פֶּרִי, עֲדִי pro עֶדִי, hoc imitantur Futura contracta יְהִי, יְחִי à יִחְיֶ: sic & in cæteris personis, אֱהִי, תְּהִי pro אֱהִי תְּהִי &c. Exc. חֲצִי ex חֵצִי & אֲנִי ex אֲנִי, Kamets raptum hujus formæ in holem. ut עֲנִי ex עֳנִי &c. 8

3. Sheva antecedens terminationem ה, י, ו & ה paragogicum in pausa redit in eam vocalem unde descendit, phathach porro in Kamets producto, ut חָפֵצוּ pro לְמִדְּרוּ, יִפְקֹדוּ pro יִפְקְדוּ, חָפֵצוּ pro שְׁמָעִי, פְּקֹדוּ pro פִּקְדוּ, שְׁבוּ pro שְׁבוּ audi, pro שִׁמְעִי, אֶעְזְרָה pro אֶעֱזְרָה, Excipe (:) in primo Futuro Kal finitorum He, ubi semper manet (:)] Cum paragoge Nun [in Fut. 2.] accentus [sæpe] manet [in propria sede] יִקְצֹרוּן pro יִקְצְרוּ, sic תִּדְבָּקוּן [At תִּשְׁמְעוּן תִּשְׁמְרוּן, Sed & illud observandum, tseri aliquando ob Pausam in phathach latiorem vocalem mutari, יֵלֵךְ pro יֵלַךְ, sic תִּרְמְסֶנָּה pro מֶס, Pausæ non mutant sedem suam ob * vau conver- 9 10 11 12 13

* Confer cap. 9. §. 7. & 12.

conversivum,] ac post eas consonæ tenues rarò aspirantur, ut וַיְהִי בִּימֵי ;

14 Unionis nota hic est frequentissima, & appellatur מַקֵּף makkaph; tanquam complexum [*vel complectens, quod duas tresve voces accentu acuto privatas sic complectatur, ut cum ultimæ vocis accentu, instar unius vocis coalescant.*]

15 Est autem linea interducta, ut בֵּית־לֶחֶם Beth-lchem. E conjunctis autem vocibus plerunque hic prior, [*propter ablatum accentum acutum;* corripitur,] *si desinat in consonam præcedente tseri aut holem*] ut כָּל־אֲשֶׁר, אֶל, אֶת, כֹּל] אֶל־אִישׁ : אֶת־יְהוָה] pro 1.Reg.18. וַיַּגֶּד־לוֹ & nunciavit ei. [*Ergo* (..) *in* (.) *& holem in Kamets breve.*

16 *Quod si tamen in Tsere vel holem una ex* אהוי *quiescat, aut* ו *thematis lateat, ut* בֵּית, מוֹת, בֵּרַךְ, עֵד, *non corripiuntur. Sed & alia servant* (..) *& ab holem excipiuntur pluralia fæminina,* * *& plurima alia.* * *Atque hoc casu vocales longæ prædictæ syllabam à parte posteriore mixtam sine accentu acuto constituunt.*

* Item Infin. in וֹת

* Except. à §. 2. cap. 3. lib. 1.

17 *Maccaph ante se habens vocem desinentem in* ה *præcedente Kamets, phathach aut segol, solet Dages inurere initiali*

 literæ

literæ vocis sequentis, nisi sit אהחער *aut* ו *& tunc vocatur Dahik, ut* מַה־טּוֹב *mat-toob,* quam bonum, מַה־יַּעֲשֶׂה־לָּנוּ *maja-gnasellánu,* נִגְּשָׁה־נָּא *geçanná,* מַה־בֶּצַע *mabbétzang. ecce literæ duplicatæ censentur tanquam medianæ ob coalitionem, & * Kamets longum hoc casu ante Dages.*]

* Except. à §. 28. cap. 2. l. 1.

CAPUT XI.

De anomalia in Pausis.

PAusarum anomalia quædam est in 1
notis musicis, quarum sunt duo genera: aliæ Reges dicuntur, aliæ Ministræ. Reges [*quidam in distinctio-* 2
ne sententiæ] vim pausarum * *primi generis aliquando* obtinent, [*& syllabas, ut illæ, producunt. Omnes autem æquale dominium obtinent in literas* בגד כפת *ut non aspirentur post eos.*] Sunt autem 3
numero *tredecim*, quorum nomina & figuræ è rectis aut obliquis lineis ferè suprà literam hinc cognoscentur.

* Cap. 10. §. 2. l. 2.

* 1. *Paçta* א/ 2. *Gereç* vel *Téres*, vel 4
Azla א/ 3. *Geraçajim* א/ 4. *Tiphcha, Meaiela* vel *Tarha*, א/ 5. *Zakeph gadol* א/ 6. *Tbir*, א/ 7. *Iethib* vel *çophar mukdam*, cornu antecedens א/ 8. *Tliça ge-*

* Lector figuras accentuum ex accuratâ aliquâ Grammaticâ appinget.

dola vel *Tarsa* א / 9. *Karne phara* א / 10. *Zarka* א / 11. *calçeleth* א / 12. *Pazer* א / 13. *Segula* vel *Segolta* א /

5 Ministræ *octo* ferè sunt infra literam his nominibus & figuris, 1. *Munach*, vel *çophar munach*, &c. א / Est & *munach* superius hoc modo א / 2. *Mahpach*, inversio, vel *çophar haphuch*, cornu inversum. Differt à *Iethib*, quod in fine dictionis ponatur, at *Iethib* initio א / 3. *Mercha*, producens א / 4. *Mercha chepula* .i. geminum, vel *Tren hutrin*, duæ virgæ א / 5. *Kadma*, antecedens, differt à *Pašta*, quæ semper est in ultima litera, *Kadma*, initio vel medio vocis א / 6. *Teliça* parva א / 7. *Darga*, vel *çophar galgal*, cornu involutionis, א / 8. *Ierach ben jomo*, vel *Galgal*, circulus א /

6 [*Ex his Munach & Darga arrogant sibi, licet rarissimè, potestatem pausarum, ut* אָנִי *&* תִּפְרָעוּ *cum Munach in penult. pro* אֲנִי *&* תִּפְרְעוּ / *sic* כַּעַר *pro* עַ *cum Darga.*

7 *Porrò Munach & Kadma aliquando vices τῦ Metheg obeunt, Et quidem iste, ante Zakeph-katon & Rebia; hic ante Zakeph-katon, Gereç & Darga. Quod si geminum Metheg ex duabus causis in voce*

concurrat,

concurrat, illud quod proximum est Zakeph parvo, in Munach quoque transire solet, ut מוֹשְׁבוֹתֵיכֶם *ubi Metheg sub* ו *ex §.6. libr.1. cap.3. & sub* ב *quia est tertia syllaba ante accentum acutum, si enim ea syllabam absolvat, Metheg suscipit. Aliàs ad quartam rejicitur* מֵחֶלְבֵהֶם,

Communia autem utrisque hæc sunt, 1. 8
Accentum sæpè rejici ad penultimam si ea pura sit, sequente dictione monosyllaba aut dissyllaba penacuta, ut קָרָא לַיְלָה, שָׁכַח אֵל, *Atque hic holem & tseri ante consonam mobilem sæpè corripiuntur, ut* לָתֵת לָנוּ *pro* לָתֵת, *sic* לְצַחֶק, הִשָּׁמֶר, & תָּשֶׁב נָא *pro* תָּשׁוּב, *Sed & aliàs evenit* 9
illa trajectio, שָׁכַר עָלֵינוּ; *ut rursus aliquando omittitur cum periculum confusionis subest.*

2. Vox penacuta desinens in ה *radi-* 10
cale post (..) aut servile post (ᴛ) ponit Dages in principio vocis sequentis monosyllabæ, vel bisyllabæ penacutæ, ut עָשֶׂה לָּךְ *gnosellach,* אָפַנְתָּ בִּי, נִשְׁבְּרָה בּוֹ, *ubi* ה *latenter in (ᴛ) quiescit. Vulgò vocant Athemerahik.*

3. Quidam ex prædictis accentibus di- 11
ctionis initio semper collocantur, undè præpositivi vocantur, vid. Teliça major & lethib,

& Iethib, & in libris poët. aliquando Tiphcha. Quidam dictionis fini semper adhærescunt, & postpositivi vocantur, vid Pasta, Segolta, Zarka, Teliça minor. Hi tamen eam acuunt syllabam, quam analogia Grammatica acuendam esse docet. Pasta verò si inciderit in vocem penacutam, vel acutam, phathach furtivo, geminove çeva finitam, geminatur, ac tunc prior figura sedem accentus notat, id quod cæteris postpositivis etiam aliquando accidit. Cætera quæ de accentibus vulgò traduntur studio prætervehimur, cum fastidij multum, utilitatis verò aut parum aut nihil habeant.]

FINIS.

SIXTINI

SIXTINI AMAMA

Additiones & Declarationes; quarum pleræque studio hùc rejectæ. Tyrones monentur, ut ad marginem istorum paragraphorum, ad quos hæ additiones pertinent, signum aliquod ponant, ut sciant hic reperiri posse, siquid illic desideretur.

Lib. I. Cap. I.

Post §. 25. *cap.* 1. *addi posset & hæc regula*, Literæ gutturales cum (т) amant ante se habere (.:) pro (-) *Et sic omitti possent speciales observationes Cap.* 16. §. 5. & 8. & *lib.* 2. *cap.* 2. §. 17. & 40. 1

Cap. 2. *Ad cap.* 2. §. 18. *Adde*, maximè si debebat antecedere çeva, aut punctum ex (:) descendens. 1

Ad §. 23. *Post* jodang. *Adde*, maximè si antecedat (..) aut ꞏ aut hirik l. Nunquam, si ו aut Kibbuts. 2

Ad marginem §. 27. *sub finem, poni posset in margine hæc tabella*, (т) in (-) tsere in hirik breve, ꞏ aut ו in (т) breve, aut (.:) *Confer* §. 8. *cap.* 6. & *formam levem in* בּ/

Itidem

4 *Itidem ad margin. §. 30. ex exemplis pone hoc diagramma*, (-) in (־ָ) hirik p. in tſere, (־ָ) br. aut (.) in ִי aut ֵי /

5 *Et ſubjice hanc regulam*,* vocales longæ poſitæ pro parva & Dages ſunt immutabiles. *Confer cap. 6. §. 4 &c.*

* Sic & parvæ, poſt quas Dages abſorbetur.

6 *Poſſet hîc quoque collocari iſta regula*, vocales longę ſępę ſine ulla neceſſitate reſolvuntur in parvam & Dages, *Confer cap. 20. §. 2. lib.* 1.

7 Et contra, vocalis parva & Dages producuntur in vocalem longam, utrumq; juxta ſuperiora diagrammata.

1 *Ad cap. 3. §. 7.* Metheg aliquando ſupra literam ponitur & vocatur vulgò *Mazze.* Cap. 3.

2 *§. 6. & ſeqq. Confer cum l. 2. cap. 11. 7. cæteros caſus conſultò omiſi.*

3 *§. 9. Confer cum lib. 2. 2. 41. Illudq́ etiam nota, Metheg aliquando videri ſupplere abſentiam Dages ex litera çevata excidentis, atque eo caſu çeva quibuſdam incoare novam ſyllabam, ut* הַלְלִי / וַיְדַבֵּר /

4 *§. 13. Si primam thematis* חתע *ſequatur* ִי / *hirik aliquando in phathach mutatur, & ſequitur* -: *cap. 10. §. 17. libr. 1.*

5 *Cap. 5. ad §. 2. Adde* ◡ *& exemplum* Cap. 5.
Mich. 5. 2. egreſſiones ejus. *Agitur autem*

tem illic de æterna generatione filij. Et egredi est nasci, Gen. 17. 6.

Cap. 6. *Cap. 6. §. 9. Cætera quæ huc referunt* 1 *alij, a* [illegible] *finita (-) §. 8. referri possunt, ut & ipsum* שֵׁאנַן *; ut cum (-) scribatur in fine. Reperiuntur enim & alia quæ promiscuè in* (ד) *& (-) desinunt, ut* רוֹנֵג *&* רוֹנָג *Psalm. 68. 3.*

2 *Ad §. 20. adde,* עַיִן *oculus* עֵינַיִם *item* יָרֵךְ יְרֵכַיִם

3 *Ad §. 23. post* דָּבָר *adde,* sic & in monosyllabis, דָּם דָּמִים *sic* יָד יָדִי *&c Et post vocem* צְבָא *adde,* item monosyllaba, quæ à thematibus mediam vau habentibus descendunt, *Confer annotat. ad cap. 21. l. 1,*

4 *Ad §. 28. addi posset & hoc exemplum,* נַעַר *puer,* נְעָרִים נַעֲרֵי נַעֲרִי

Ad §. 30. post vocem monosyllaba, *adde,* quæ descendunt à thematibus mediam vau habentibus.

Post דִּבְרֵי *adde* sic & מִבֶּל / צַוָּאר / דַּכָּא / מַסָּע שַׁבָּת, quæ non obstante Dages (ד) in (:) mutant.

Ad §. [illegible] *6.* [illegible] *m est interpretamentum* [illegible] *. Itaque ne putes exprimi ea pr*[illegible] *onem vocis.*

Ad §. 39. [illegible] *quæ geminum (:) habent,*

habent, ferè fœm. aut comm. esse.

1 *Ad cap. 7. §. 2. Pro* ה *in pauculis est* Cap. 7.
א / *ex Chaldaismo,* זָרָא *nausea.*

2 *Ad §. 3. Addunt alij* שָׂפָה שְׂפָתוֹת *labium,* קָצָה קְצוֹת *sic &* קָשָׁה /

3 *Ad §. 6. Adde,* יַרְכָה יַרְכָתַיִם *latus.*

4 *Ad §. 8. adde hoc exemplum,* גִּזְרָה גִּזְרַת / *plur.* גְּזָרוֹת גִּזְרוֹת /

5 *Ad §. 9.* affecta Dages. *Excipe* לֶהָבָה / בַּלָּהָה / אַיָּלָה / מַתָּנָה / *donum,* מַשָּׂאָה / *sed* קְעָרָה *mutat & non mutat. Et post* gravidæ, *adde,* מְעָרָה / מְצָדוֹת *&c.*

5 *Ad §. 11. Imitantur illa &* גְּבִירָה *hera,* גְּבֶרֶת / *sic* גְּדֵרָה גְּדֶרֶת *& quæ lib. 2. cap. 1. §. 33.*

7 *Ad §. 13.* פַּחַת *in statu Abs. reperitur 2. Reg. 18. 24.*

8 *Ad §. 15.* דַּלְיוֹת דָּלִית / *Confer §. 5. cap. 33.*

9 *Ad §. 19.* יוֹם *tamen in duali retinet* ו /

1 *Cap. 9. ad finem §. 4. adde,* vel possibilis, *Psalm. 22. 18. numerabo omnia ossa mea,*vel * licitus, *ut Num. 35. 19. occidet .i. occidere ei licebit, aut jure poterit.* Cap. 9.

* Sic & Num. 35. 28. revertetur, .i. poterit jure & licitè reverti.

1 *Cap. 10. ad finem §. 8. Et cum* ה *paragogico,* מַחֲנֶה /

2 *Ad §. 18. He paragog. ad Futura primæ personæ regulariter accedit. Cum cæ-*

teris ſexies aut ſepties tantum reperitur.

Ad §. *28. poſt* cuſtodiens, *adde, ſic* 3
& in plurali שׁוֹמְמוֹת, תוֹפְפוֹת,

Cap. 11. *Cap.* 11. §. 2. *Formæ in* (ׇ) *deſinentes* 1
aliquando habent (-) כּוּגַר *clauſtrum*,
רוּנַג, צָשַׁף *&c.*

§. 3. Tria penacuta contrahuntur, ut 2
סֵפֶר, קֹדֶשׁ, חֵטְא, קֹשְׁטְ, נֵרְדְּ *& formæ*
quæ imitatur שָׁוְא *quaſi ex* שָׁוְא,

Ibid. ad form. 6. (ׅ) *poſt* ׳ *in* (-) *mi-* 3
grat, etiam cum media eſt gutturalis, exc.
בֹּאֶשׁ & בֹּהֶן, אֹהֶל,

Cap. 12. *Cap.* 12. §. 2. *non putabit Lector, me* 1
nudam & ſimplicem permiſſionem intel-
ligere, quam præter Calv. & noſtros,
etiam Franzius oppugnat pag. 365. *tra-*
ctatus de Interpr. Script.

§. 6. Formam הֵטִיב *tria inſuper alia* 2
imitantur, יָנַק, יָמַן, יָלַל *& etiam* יָלַךְ
Exod. 2. 9.

Cap. 13. *Cap.* 13. *poſt form.* 33. *adde,* מַשָּׁאוֹן, 1
מַשְׁאֵרֶת, הַשְׁאֵרֶת *ubi excidit Dages. Et*
מַתְּרֶת *contr. à* נָתַן מַתַּרֶת,

Cap. 15. *Cap.* 15. *form.* 1. *Et hic pro* (ׇ) *eſt* (-) 1
ut פַּנַּג, *item* שַׁבָּרֶת *&* שַׁבֶּרֶת,

Cap. 21. *Ad cap.* 21. *poſt formam* 33. *adde,* 1
יְקוּם *ſubſtantia, &* יָרִיב *quod alij* יָרִיב *ri-*
xator, Ier. 18. 19.

Cap. 30.

Cap. 30. §. 12. דֵּרָאוֹן *puto esse formam absolutam ex Kal, ut* יִתְרוֹן *cap.* 11. §. 4. *f.* 14. *Delendum ergò,* contractè דֵּרָאוֹן Dan. 12. 2. Cap. 30.

Cap. 33. §. 3. *Huc refert Kimchi & illud Gen.* 16. 13. רֳאִי *visus.* Cap. 33.

Cap. 34. §. 8. יַרְא &c *Nota id occurrere in hiphil semel tantùm,* 2 *Reg.* 11. 4. *Aliàs semper est Kal.* Cap. 34.

Ad cap. 37. *Nota Mem heëmanthicum in fine quædam formare adverbia, ut* יוֹמָם *interdiu,* רֵיקָם *vacuè, &c.* Cap. 37.

LIB. II.

Lib. 2.

Cap. 1. §. 33. *post* inclusivè, *adde,* servatâ etiam convenientiâ generis. *Exc. unico* שְׁלֹשֶׁת *Genes.* 7. 13. *Iob* 1. 4. *ubi voci fœm. jungitur.* Cap. 1.

Cap. 2. *ad* §. 25. *post* חֵ *vel* עֵ *initio, adde, excipe, quæ cum* ק *scribuntur, ut* עֵמֶק עִמְקוֹ / *sic* חֵזֶק / חֵקֶר / חֵשֶׁק *quæ primam formam sequuntur, præter* חֵלֶק /. Cap. 2.

Cap. 5. §. 4. *Nota & hic fieri contractionem* בְּעֱזוֹר *in auxiliando pro* בְּעֱ 1. *Chr.* 15. 16. לַעְזוֹר *pro* לַעֲ *ad auxiliandum* 2. *Samuel.* 8. 5. לַחְמָם *ad incalescendum, Ies.* 47. 14. Cap. 5.

Cap. 8. §. 13. *Notet Lector me de sup-* Cap. 8.

plementis illis, non ero Deus, aut in juramentis hominum, puniat me Deus, *aut similib. ut superfluis dubitare. Præter collationem locorum ibi notatam, juvabit etiam aliquantulum locus Num.* 14. 21. ut *vivo ego, ita implebitur &c. Et Deut.* 32. 40. *Accedit & illud, quod admissis istis supplementis, ne sic quidem oratio sit plena futura. Opus enim adhuc esset alio supplemento*, Quam verè vivo, *ita verum est quod dicam:* Si *vel* nisi hoc vel illud fecero, *non ero Deus, aut puniat me Deus.*

Cap. 9. *Cap. 9. ad finem §. 3. adde hanc regulam*, vau enim ante (-:) & (-:) cum sub non gutturali pro simplici (:) ponuntur, habet çurek, quasi ante (:) simplex.

Ad §. 12. Futura tamen formæ יִינַק/ : *aliquando etiam obnoxia sunt huic retractioni, ac tunc phathach in* (‥) *migrat, Gen.* 2. וַיִּיצֶר *& cap. 9.* וַיִּיקַץ/

Ad §. 13. ultima gutturali perpetuò est phathach pro (‥) *aut* (τ) *brevi. Has enim vocales non patiuntur antecedere.*

Ad §. 39. לְ/ *propterea. nolim tamen hanc observationem applicari loco* 1. *Sam.* 2. 25. *sicuti præter C. Vorstium etiam* Alstedius*

* In præcognitis Theol. ubi agit de Regulis Conjunctionū.

Alstedius fecit. Ipse VVolfg. Frantzius Theol. VViteberg. in tract. de Interpr. Script. eam observationem illic non admittit, uti nec Socinus in Præl. Theol. uti mihi retulit eruditiss. Iuvenis D. Petrus Czimmermannus *Borussus.*

5 *Ibid.* כי / *certè, Frequens est post formulas*, vivo ego, vivit Dominus, *Iunio ferè* πλεονάζει. *Quis dicet* כי *esse formulam jurandi? Et tamen putarunt aliqui* ἦ μὴν *Hebr.* 6. 14. *ejusmodi formulam esse. Amen, &* כי *Ebræa, & Græcum* ἦ μὴν *asseverationis non juramenti particulæ sunt. De Amen vide Fullerum, Piscator. Bezam, Drusium, Paræum in Apoc. Buxtorf. Mollerum ad Psalm. 41. Sculetetum & alios.*

SIXTINUS AMAMA
Lectori S. P.

HAbes jam Analogiam, Lector, cui dispersa est anomalia communis, per quam in Etymologiâ, primâ Grammatices parte, eam intelligo, quæ multis communis, regulis aliquatenus comprehendi & proponi potuit. Nunc illud restat, ut anomalias uni certæ Radici vocive proprias ad anomaliam reducam. Eæ autem cum duûm ferè sint generum, Aliæ enim sæpius, aliæ semel tantum aut iterum in Biblijs occurrunt, illas ordine Alphabetico, has Biblico recensebo. Et quidem Catalogum Alphabethicum, ne vacuas relinquam sequentes paginas, hîc subjiciam. Biblicum verò, qui hunc etiam includet, seorsim dabo. Quin & anomalias communes difficiliores, in Grammaticâ jam notatas, Tyronum bono, attinget, monstrato libro, capite & paragrapho Grammatices, ubi eæ notatæ. Sic futurum auguror, ut bimestri industriâ tantum notitiæ consequi possit Lector, ut in Biblijs interlinearibus, usque dum usus & Lexica vocabulorum significationes docuerint, vel textu

Ebr. cum versione aliqua accurata collato, inoffenso pede possit progredi. Statueram equidem eum & hîc adjicere, sed cur illud propositum mutaverim, causas habui. Diligentissimus Scindlerus Grammaticæ suæ adjecit tractatum, quo hoc ipsum incoavit. Eum nos jam alibi mutaveramus, alibi contraxeramus, passim verò auxeramus. Sed ne sic quidem nobismetipsis feceramus satis. Planè necessarium videbam hoc uno fine Biblia Ebræa à capite ad calcem denuò percurrere, id quod occupationes vocationis meæ jam non permittebant. Atque hîc illud quoq; semel monendus es, multa vulgò censeri anomala, quæ nos pro anomalis non agnoscimus. Voluerunt enim Gram. quamplurimi omnia ad eas solummodò formas & themata referre, quæ in Biblijs legebant. At scire poterant, XXIV. *duntaxat libros, eosque non adeò prolixos, ex ditissimo veteris Ebraismi thesauro ad manus nostras devenisse. Vnde evenit, ut multæ nominum formæ & themata, quorum flexa in Biblijs extant, jam inusitata sint & obsoleta. Codicum denique varietas multas anomalias induxit. Itaque diversæ Editiones inspiciendæ, ut ea demum seligatur lectio,*

quæ emendatissimorum codicum fidei subnixa ad analogiam quam proximè accedit. Cum itaque anomala sine necessitate non esse multiplicanda censeam, non est mihi anomalum plur. טְלָאִים *agri, quasi flecteretur à* טָלֶה agnus, *unde esset* טְלִים; *libr. 1. cap. 6. §. 5. sed iis, quæ §. 7. recensentur, analogum, ut flectatur ab obsoleto* טְלִי; *Non sunt mihi anomala* אֶקּוֹב; maledicam, *Num. 23. 8.* אָכוּת contundam, *quasi essent à* קבב *&* כתת; *sed incoatis à Nun analoga, & quidem in Kal, ut sint à* נָקַב *&* נָכַת; *ut* אֶפּוֹל *à* נפל; *juxta Reg. §. 14. cap. 3. lib. 1. Et quidem* נָקַב *eâdem cum* קָבַב *significatione extat Levit. 24. 11. & a* נכת *etiamnum extat* נְכֹאת aromata, *sic dicta, quod contundi soleant, Et ut non extarent, quid notius tamen, quàm themata ordinum anomalorum (maximè homogeneorum) mutuos terminos sæpè ingredi, nec non illa & inchoata à Iod & Nun crebrò sibi invicem significationes suas, ut e. g.* טוב *&* יטב bonitatis, שור *&* שרר contemplationis, צור *&* צרר oppressionis, חמם *&* יחם caloris, רבב *&* רבה multiplicationis, מול *&* נמל circumcisionis, *communicare. Eundem in modum pro anomalis non habeo*

beo קוֹבָעִים / יְרָחִים / אַגְמֵי *&c. Nec enim ea derivaverim à* יָרֵחַ / אֲגַם / קוֹבַע / *sed à* קוֹבָע / יֶרַח / אֶגֶם / *Scindlerus anomala in Regim. ponit* מִרְבַּץ *à* מַרְבֵּץ / מִשְׁעַן *à* מַשְׁעֵן *&c. Sed cur non à* מִרְבָּץ *potius? Cum Ies. 3. occurrat forma* מִשְׁעָן*? Cur pro anomalo habebo* קָרְבַּן *in Regim. Levit. 6. 20. cum alij codices habeant* קָרְבַּן*? Eadem est infinitorum aliorum ratio. Cum itaque hæc accuratius examen desiderent, mihiq́ insuper propositum sit, de ijs anomalijs, quæ ex variâ lectione, quam per* Keri *&* Chethib *designant, agere, aliosq́ discursus ad penitiorem Ebraismi notitiam pertinentes interponere, ignoscet mihi æquus Lector, si quod multis promiseram, hac vice non præstem.*

Anomaliæ propriæ sæpius occurrentes, ex quibus aliquæ etiam in Grammatica notatæ sunt.

א ¶ אַגְמֵיהֶם *&* אַגְמֵי) *De ijs jam modo dictum est.*

¶ אָח) *frater, pl. cum affixis* אֶחָיו *fratres ejus, pro* אַ / *ob* חָ / *sic* אַחַי *fratres mei, & in pausa* אֶחָי / אֲחֵיכֶם *vel* אַ *Num. 25. 46.*

¶ אַחַד / *& si* ח *sit cum* (ָ) אֶחָד / *unus. In Regim. usitatius est* אַחַד / *Fœm.* אַחַת

contractum ex אַחֲרֶת / *Et in pausa* אַחֶרֶת /

¶ אֲמֶת *cum affixis* אֲמִתּוֹ *&c. Est enim contractum pro* אֲמֶנֶת אֲמִנְתּוֹ *à th.* אָמַן /

¶ אַף *ira, cum affixis* אַפּוֹ *&c. Dages in* פ *pro Nun eliso. Est enim contractum ex* אֶנֶף אַנְפּוֹ *à th.* אָנַף /

¶ אֵתָיוּ *Ies. 21. 12. & cap. 56. & alibi. Futur. primum Kal pro* אֶתְיוּ *atque hoc pro* אֶתְאוּ *ab* אתה *lib. 1. cap. 32. §. 8.*

¶ בוֹא *venit, lib. 1. cap. 37. & 38.* ב

¶ בָּמֳתֵי *excelsa, pro* בָּמוֹת *à* בוּם / *l. 1. cap. 7. §. 11.*

¶ בֵּן *filius, extra Regimen semper retinet tsere, etiam sequente Makkaph. Cum verò est in Regimine, semper est cum* (..) *aut* (.) *sive sequatur Maccaph sive non, lib. 1. cap. 6. §. 25.*

¶ בַּת *filia* בִּתּוֹ *filia ejus &c. pro* בֶּנֶת בִּנְתּוֹ *à th.* בָּנָה *lib. 1. cap. 7. §. 14.*

¶ גָּרוֹן *guttur, cum mutat* (ָ) *in* (ְ) ג *non est à* גָּרַר / *sed* גָּרָה *forma* רָצוֹן *l. 1. cap. 33. forma 44.*

¶ גֵּוְךָ corpus tuum, גֵּוָם eorum, *&c. sunt à* גֵּו / *At* גְּוִי גְּוִיךָ *&c. sunt à* גֵּו /

¶ הַס *& in Pausa* הָס *Futurum primum* ה *Piel pro* הַסֵּה *ut galleh.*

¶ הִתֵּל *1. 14. 3.*

¶ הִתְפָּקֵד *cum* (ָ) *sub* פ / *nec aliter,*

quod

quod ſciam, reperitur, præter normam conjug. Hithph. Iud. 20. 15. & 21. 9.

¶ הָתְפָּקְדוּ *hoc inſuper Kamets breve ſub* ה *ſuſcipit, quaſi ex Hoph. & Hitph. compoſitum. Numer. 1. 47. & 2. 33. 1. Reg. 20. 27.*

¶ הִשְׁתַּחֲוָה *cum derivatis, Et*

¶ וַיִּשְׁתַּחוּ *&c. vide libr. 1. cap. 36. §. 2. & 5.*

¶ וַיְדוּ *vide in litera Iod.*

¶ וַיַּרְא *& vidit, lib.* 1. *cap.* 32. §. 13. *& cap. 34. 8.*

¶ חַי *in Reg.* חֵי *(ut* דֵּי *lib.* 1. *cap. 6. §. 27.)* vivus &, vita. *Illa ſignificatione extat Dan.* 12. *hâc Lev.* 25. 36. *Gen.* 42. 15. *pl.* חַיִּים *vivi & vita. Hâc poſteriori ſignificatione, ſingulari carere vulgò traditur. In formulis juramenti legitimis, cum vid. jungitur nomini veri Dei, dicitur ſemper* חַי *& eſt adjectivum, libr. 2, cap.* 8. §. 13. *Cum verò vel in formulis illeg. vel aſſeverationibus gravioribus ponitur cum nomine creaturæ vel idoli,* חֵי / *Geneſ.* 42. 15. *Amos* 8. 14. 1. *Sam.* 20. 3. *&c. & eſt ſubſtantivum.*

¶ חַיְתוֹ *beſtia, pro* חַיַּת / *quod eſt in Regim. à* חַיָּה / *Eſt ergo cum* ו *paragogic. quod* (-) *in* (:) *mutat, Dages excidente.*

¶ יֵבוֹשׁ

¶ יְבוּשׁ &c. *lib.* 1. *cap.* 20. §. 10.

¶ יוּכַל &c. *lib.* 1. *cap.* 10. §. 22.

¶ יְדוּ Ioel 3. *Obad.* 1. *Thr.* 3. *Fut.* 2. *Phiel pro* יְיַדּוּ *à* ידה *lib.* 1. *cap.* 14. §. 9.

¶ יָם *mare, In Regim. semper retinet Kamets præterquam sequente* סוּף / יַם סוּף *cum* (-)

¶ יֱהוִֹה *semper legitur* אֱלֹהִים / *sunt enim hujus vocis puncta, unde & Psalm.* 68. 21. לֵיהוִֹה *quod legendum* לֵאלֹהִים / *lib.* 2. *cap.* 5. §. 4. *Sic* יְהוָֹה *legitur* Adonai, *qua de re in Tractatu anomalorum ex professo.*

¶ לֵךְ *vade, lib.* 1. *cap.* 10. §. 14.

¶ יְרוּשָׁלַיִם *vide lib.* 1. *cap.* 6. §. 36.

¶ יָצָא *exyt lib.* 1. *cap.* 38 & 39.

¶ לָמָּה *quare, penacutum, cum Dages: acutum sine eo,* לָמָה / *Excipe locum Iob* 7. 20. *ubi est* לָמָה / *Acutum autem est ante* אהע / *Psal.* 22. 2. *Et sic quoque ante* יְהוָֹה *E. g. Exod.* 32. 11. *quia habetur ratio lectionis Adonai. Penacutum ante alias consonas, quinque locis exceptis.*

¶ מַה *quid, quomodo, ante literas Dagessabiles,* מָה *ante indagessabiles,* מֶה *verò Euphoniæ causa aliquando ante* החע *cametzatas reperitur.*

¶ מַצֵּבָה *statua, in Regim. utriusque*

numeri & affixis aliquando retinet tſeri, aliquando mutat in (:)

ב ¶ נָאֳרָה *deſideratus fuit, pl.* נָאֲווּ, *Part.* נֵאוֶרֶה *&c. Sunt in Niphal pro* נֶאֶוְרָה *&c. à themate* אָוָה,

¶ נָשָּׂא *lib.* I. *cap.* 38.

ע ¶ נָתַן *dedit, lib.* I. *cap.* 10. §. 5.

¶ עֶשְׂרִים *viginti, à* עֶשֶׂר *decem, Eſt autem pro* עֶשְׂרַיִם *bis decem, ut cæteris ſit ſimile.*

ר ¶ רִבּוֹ *Mirias & cum* א *parag.* רִבּוֹא, *pl.* רִבּוֹת *&* רִבֹּאוֹת, *Dan.* 11. 12. *Eſt &* רְבָבוֹת *à* רְבָבָה *Reg.* רִבְבוֹת *&* רִבֲבוֹת, *Duale* רִבּוֹתַיִם,

ת ¶ תַּמְנוּ, *Pſal.* 64. 7. *Thr.* 3. 22. *Num.* 17. 13. *pro* תַּמְנוּ *conſumimur, conſumpti ſumus, quaſi à* תּוֹם, *ut* bannu, *Alij volunt eſſe tertiæ perſ. pro* תַּמְמוּ,

Quia

Quia priora folia, me febricitante, excusa sunt, benevole Lector, & cæterarum paginarum pleraque specimina Typographica (quas probas vocant) ad candelam recognovi, accidit, ut quædam errata oculos meos fugerint, & scedulæ quædam, in quas additiunculas conjeceram, perierint. Tu itaq; antequam ad lectionem hujus Grammaticæ accedas, hæc errata, si me audis, corriges.

Errata Ebraica.

Pag. 16. lin. 5. in voce ult. lege מִּ / lin. 21. in voce ult. illustra hirik sub מ / ut sit מִ / p. 28. l. 14. in voce prima pro ק scribe ר / p. 30. l. 20. adde & אוּלָם p. 35. l. 8. paragraphi 2. lege עֲבָרוֹת / p. 41. l. 19. אַתָּה deleto ה / p. 62. l. 3. paragraphi 14. וַיָּאצֶל p. 65. l. 12. יָשַׁב / p. 69. l. 18. יְסַפֵּר / p. 79. in Inf Hophal in *Achal* lege הָאָכֵל / Et Fut. 2. Hiphil in Nagaç lege יַגִּישׁ / p. 105. l. 14. מְצָאת / p. 110. l. antepen. in voce ultima dele punctum supra י / p. 117. l. 4. lege הִתְמַצֵּאת / p. 140. l. 9. דְּרָכִים / p. 156. l. 17. lege שִׁית שִׁיתוֹ / p. 157. l. 13. שִׁיו p. 173. l. 18. פְּקֹדָה / p. 174. l. 15. dele, & הִנָּפֵקֵד / p. 176. l. 13. pone vocem *Hi-*

phil,

phil, post גָּלוֹ / p. 177. l. 1. נָזָה / p. 180. l. 14. in voce ultima pone (:) sub Jod, p. 185. l. 13. לָזֶה / p. 194. l. 2. post, *cum illis*, adde, & * עִמָּהֶם / p. 204. l. 18. כְּמוֹ / p. 209. l. 13. dele Dages & Nun in voce *thanuach*, p. 211. lin. 21. lege אֲשֶׁר /

* quod extat Ionæ 1.

Errata Latina & omissa.

Illud semel monendus es, notulam &c. sæpè omissam, præcipuè cap. 6. & 7. l. 1. p. 10. l. 9. ante vocem, *Vtraque* pone hoc signum [p. 23. ad finem §. 2. adde, *Et contrà*, ut Gen. 3. 8. *in medio arboris horti* .i. arborum.] Sic p. 28. ad finem §. 11. adde, hactenus de contractis ex duplicantibus secundam. p. 29. ad marginem l. 3. paragraphi 17. scribe, Exc. à §. 3. c. 4. p. 44. l. 18. adde, vel pro participio, ut Gen. 8. 5. p. 48. in marginali nota inferiore, pro, Cap. 3. lege, Cap. 2. p. 51. ad marg. §. 22. scribe, Exc. à §. 14. cap. 3. p. 52. l. 11. lege *Iod*, pro *Nun*. pag. 55. l. 10. lege, *prima gutturali*, [aut Reç] pag. 73. lege, Cap. XV. de Verbalibus. p. 86. in medio, lege, *detractioni*. p. 87. l. 15. lege, sub ה servili] pag. 89. l. 3. pro *Apocope*, lege, *Aphæresis*. p. 120. ad marg. l. 2. scribe, Exc. à §. 13.

cap. 3.

cap. 3. p. 125. l. 1. transpone numeros 58. & 59. Vox autem *Chanîth* ad formam 57. pertinet. p.152. l.15. lege, *illud.* p.155. l. antepen. lege, *contracto.* p. 163. cap. 3. initio, §. 1. pone hoc signum [atq; item alterum,] post vocem *rectione* lin. 4. p. 166. in nota margin. lin. 3. lege, *& dixerunt.* p. 180. in fine pag. pone * rectam lineam descendentem inter *eos, eas, &, &c.* p. 182. lin. 3. pro, *sunt illa,* lege, *est illud.* & lin. 17. pro 21. 24. lege, 6. 8. p. 185. lin. 18. lege, *vide* §. 1. & 4. p. 204. in media annot. marg. lin. 3. pro 22. lege, 12. Ibid. lin. 24. lege, *negativum.* Ibid. l. 25. pone] in fine §. pag. 208. lin. 4. in fine pone itidem signum idem] pag. 216. lin. 3. pro, *vocalium,* lege, *punctorum.* pag. 220. lin. 6. pro, *syllabam absolvat,* lege, *vocali absolvatur.*

* eos | &c.
eas | &c.

F I N I S.

SIXTINI AMAMA

[C]ORONIS

AD

[G]RAMMATICAM

MARTINIO-BUXTORFIANAM,

continens

. *Explicationem omnium specialium Anomaliarum, aliarumq; difficultatum textus Ebraïci, ordine Biblico institutam.*

. *Dissertationem de Keri & Chetib, id est, variis lectionibus, literis majusculis, minusculis, suspensis, inversis, &c.*

. *Consilium de studio Ebraïco benè instituendo.*



AMSTELRODAMI,

Apud Henricum Laurentium Bibliopolam.

Typis Fr. Heynsii Typogr. in Acad. Franck. 162[illegible]



Reverendo, Pietate & Doctrina
Præstantissimo Viro,

D. GULIELMO LANGTON,
SS. Theol. Doctori, Magnifici Collegii
Magdalenensis in antiquissima Oxon.
Præsidi humanissimo, in omni humaniori
literatura, inprimis vero Ebraïca, ver-
satissimo, domino meo de me
olim optimè meritò,

HANC CORONIDEM

In grati animi qualecunque testimonium

L. M. Q.

D. D. & consecrat

S. AMAMA,
Ebr. Lit. in Acad. Franek. Ord. Prof.



CONSILIVM DE STVDIO EBRAÏCO feliciter instituendo.

QVia hoc tempore multi in his provinciis non sine providentiâ divinâ, ad sanctæ linguæ studium, laudabili impetu, feruntur, ac à plurimis verbi divini ministris rogatus sum consilium, quo pacto & ordine illud institui debeat, non gravabor illud hîc adjicere. Dum vero illud ago, hoc simul ostendam, eam, quam nupera Synodorum Belgicarum decreta in Ministerii Candidatis in posterum exigunt, Ebraïsmi peritiam, spatio trium mensium, etiam à mediocri ingenio, sub aliquo saltem manuductore, commode posse acquiri. Quod ubi ostendero, palmarium quorundam argumentum, quo laudabilia illa decreta evertere satagerunt, difflavero.

Qui Ebrææm linguam compendio vult discere, assuescet uni Grammaticæ, eique methodicæ & plenæ. Nihil enim magis Tyroni noxium, quam per multas Grammaticas volare. Nos in sequentibus nostræ Martinio-Buxtorfianæ vestigia legemus. In ea ergo primò a) *vocalium, consonarumque nomina figuras & potestates memoriæ insculpet, atque ut firmius hæreant, mox, arrepto calamo, singulas pingere incipiet. Inde ad* b) *syllabas componendas accedet, ubi præcipua difficultas erit in çeva medio. At si literam eo signatam præcedenti syllabæ in pronunciando semper adjecerit, nulla erit; (*

a) lib. 1. cap. 1.

b) cap. 2.

Græcoru

c) *Græcorum Latinorumque exemplo se tuebitur,* c) p. 22.
qui legunt nos-tri, τύπ-τω, *cum tamen juxta Grammaticorum Canones* s & ϖ *ad syllabam sequentem pertineant. Doctrinam de Dages leni seu ingeniorum carnificinam tuto transibit, ut & distributionem consonarum* §§. 11. 12. *& sequentibus capite 1. propositam. Atque hoc unius septimanæ pensum esto. Equidem multos habui discipulos, qui breviori spacio accuratè legere didicêrunt.*

II. *His fundamentis jactis, accedet ad* d) *notationem, Partem enim priorem capitis 3. quâ de accentibus, ad lectionem & primæ septimanæ pensum refero. Inde progredietur ad* e) *generalia de voce numeri, ad utramque* f) *declinationem &* g) *Pronomina. Ita tamen, ut doctrinam de contractione numeri, cap.* h) *6. &* i) *7. & affixis cap. 8. ad Syntaxin reservet. Quibus resectis, cætera septimanæ spacio commodè disci poterunt.*

d) cap. 3. § 10.
e) cap 4.
f) c. 6. & 7.
g) cap. 8.
h) a § 11. usque ad 12
i) a § 7. ad 12. nec non §. 17.

III. *Ita accedet ad verba. Caput. 1x. continet generalia, ac proinde benè expendendum est, atque ad illud examinanda sequentia paradigmata. Firmissimè infiget memoriæ paradigma Kal. Illud enim omnium sequentium exemplar est. Nec, si me audiet, perget ad alia, nisi hoc benè impresso. Quò a. firmius hæreat & facilius discatur, describet illud Latinis characteribus. Inde ad cætera accedet, atque in singulis conjugationibus considerabit & peculiarem significandi modum, & notam characteristicam, qua ab aliis distinguuntur. Si paradigma Kal benè didicerit, in cæteris conjugationibus primas temporum voces edidicisse ferè satis*

 erit.

erit. Eadem enim per omnia ferè flexio est. Utile erit benè observare terminos illos Niph-al, Hiph-il, hoph-al, *(sic enim eos pronunciabit) &c. illi enim antiqui paradigmatis* פָּעַל *reliquiæ sunt, & ostendunt evidenter, quomodo singula themata in istis conjugationibus flecti & variari debeant, nisi quod in* Phiël, Phual, & hithphaël *illud sit incommodi, quod Dages (ע enim non capit Dages) in iis non audiatur. Necessarium insuper erit, alia themata perfecta ad paradigma phakad per omnes conjugat. & tempora diducere. Atque ut hæc omnia commodiùs fiant, utile erit conficere hujusmodi primarum vocum tabellam, quam majusculis spaciis & characteribus descriptam parieti appendet, ut etiam inter deambulandum, & paradigma* fakad *& similia inflectendi habeat exercitum.*

	Hithph.	Phual.	Phiel.	Hoph.	Hiph.	Niph.	Kal.	
Præt.							פָּקַד	Præt.
Fut. 1.							vel פְּקוֹד ק	Fut. 1.
Fut. 2.							vel יִפְקוֹד ק	Fut. 2.
Infin.							vel פָּקוֹד פְ	Inf.
Part. 1.							פּוֹקֵד	Part. 1.
Part. 2.							פָּקוּד	Part. 2.

In hâc tabella ubi se benè exercuerit, non difficil erit cujuscunq; thematis quodlibet tempus in qua libet conjugatione confusè & sine ordine propositun formare. Atque hic duarum septimanarum labo esto.

IV. *Proximus labor erit in percurrendis obite communibus illis præceptis & generalibus anoma liis, quæ inter singula tempora interjecta sunt, ex ceptis illis quæ concernunt incoata à Jod, Nun & gutturalibus. Præcipuè autem in annotationibu formæ gravis attendet ad ea, quæ mediam themati habent indagessabilem. Ea anomalia pendet ab uni co Paragrapho, vid. 30. cap. 2. atque in illum ocu los conjiciens flectet aliquot ejusmodi paradigmata ad tabellam prædictam. In utrâq; autem form. & levi & gravi, specialiter observabit ea, quæ ulti mam habent* ח / ע *vel* הּ / *quorum anomalia depen det à §. 23. cap. 2. & in secundis fœm. sing. Præte ritorum à §. 25. (confer §. 8. cap. 9.) & in participii* ה *finitis, à §. 25. cap. 1. (confer §. 6. cap. 9.) atqu hîc etiam utile erit aliquot ejusmodi paradigmat ad tabellam inflectere. Postea in annotationibu formæ levis progredietur ad anomaliam incoatorun Jod & Nun, ediscetque paradigmata* יָשַׁב *&* נָגַשׁ *quæ habentur in anacephalæosi cap. 18. & 19. quo rum omnis ferè anomalia ex regulâ §. 14. cap. 3 oritur. Restant incoata à gutturali, quorum ano malia etiam ad singula tempora* niphal, hiphil & hophal *annotata est, cujus fundamentum proponi tur §. 13. cap. 3. Anacephalæosis eorum proponitu parte posteriori cap. 19. in parad.* אָכַל / *quod ben ediscendum est. Utile autem erit in horum omniun*

flexione

flexione semper paradigma analogum phakad ob oculos habere, atque ad illud singula tempora flectere, ac si ipsa quoque analoga essent. Ubi enim hoc fecerit & tunc respexerit ad communes illas anomaliæ regulas jam indicatas, longè facilius fluet eorum inflexio. poterit etiam, horum trium ordinum tabellam, quam cap. 18. & 19. proposuimus, majoribus spacus & characteribus incoatam conjicere & parieti Musæi affigere. His autem benè imprimendis duas septimanas indulsero, sed eâ lege, ut cum hoc penso incoët lectionem facilioris & jucundioris alicujus libri, vid. Genesis, vel 24. priorum cap. Exodi, vel Deuter. vel Esther, vel librorum Sam. &c. qui omnes in usum Scholarum & tenuiorum seorsim excusi sunt, atque in iis quotidie aliquid legat, initio dimidium, deinde integrum, postea duos vel tres versus, eos cum accuratâ aliqua versione vid. Junij vel Pagn. vel Angl. vel Gall. vel Piscat. Germanicâ (interlinearium enim usus Tyronibus noxius est) conferat, atque etiam in minutissimis initio ad ea præcepta Grammatices quæ jam didicit, examinet, resolvat, themata nominum verborumq; perfectorum eruat, vocesque Ebraïcas, præcipuè vero themata occurrentia, unà cum eorum significationibus memoriæ mandet.

V. Isthoc labore exantlato, procedet ad k) anomala cætera, quorum anomalia non in uno alterove, aut pauculis membris, sicuti antecedentium, sed in toto corporis habitu consistit. Ut autem facilius ea flectat, singula tempora primò ad paradigma analogiæ, phakad formabit, ac mox attendens ad communes anomaliæ regulas (quæ initio singulorum ordinum

k) cap. 20.

 dinum

dinum proponuntur) juxta eas flexionem instituet. Conficiet etiam ex primis vocibus temporum tabellam, vel ita ut jungantur omnia 4. paradigmata, vel ut jungantur homogenea, puta monosyllaba בָּן *&* סַב */& rursus Polysyllaba, vid.* מְצָא *&* גָּלָה*, vel ut singula seorsim. His tres septimanas impendat, eâdem tamen lege, quam suprà inculcavi, exercitium enim illud practicum intermitti non debet, sed quo ulterius in Gramm. perget, eò accuratius & diffusius illud colet. Capita autem de Verbalibus, utpote potissimum usum in lectione Rabbinicâ habentia, omitti poßunt, dummodo ea observet, quæ in pauculis eorum de vocalium & consonarum mutatione traduntur, vid. cap. 21. & 33.*

VI. *Atque ita Grammatici exacta est pars magna laboris. Restat enim Syntaxis, multa cum Græcâ & Latinâ linguâ habens communia, multa etiam, quæ ab Ebraïcè imperitis intelligi possunt. Præcipuus labor in illis situs est, quæ huic linguæ propria sunt, vid. in doctrina de mutatione punctorum, vocumque cum affixis compositione. Mutantur autem puncta in nominibus, 1. Propter regimen, de quo in Synt. cap. 1. §. 18. Atque huc ubi pervenerit, recurret ad libri 1. capitis 6. & 7. eos paragraphos, qui de contractione numeri agunt, quos suprà numero 2. transiliendos eße monui. Habuit quidem Cl. D. Martinius causas suas, cum doctrinam de flexione & variatione nominis in regimine isthic tractarit, hîc verò, in Syntaxi, de ejus usu verbulo monuerit; puto tamen Tyronum studiis melius consuluiße Cl. D. Buxtorfium, qui utrumq; in Syntaxi tradidit. Secundò mutantur puncta in*

Syntaxi

*yntaxi eorundem (ut & verborum & vocum mul-
rum sine numero) cum pronominibus, quæ affixa
ocant. Atque hic recurret ad tabellam affixorum,
uam transiliit suprà cap. 8. lib. 1. §. 5. Leget ergo
ligenter caput Syntaxeos 2. 4. & 6. Imprimis a.
radigma* פקד *cum affixis pag. 153. & 154. fide-
er ediscet & cum eo cujusque affixi significatio-
m. Cætera ita saltem leget & releget initio, ut
praxi vocem aliquam affixam obviam habens,
ire queat, ad quem canonem in nominibus;
mpus, personamve in verbis, referre eam de-
at. Mutantur denique etiam puncta propter
centum, de qua mutatione agitur cap. 10. & 11.
ddat jam Syntaxin vocum cum literis* משֶׁה וְכָלֵב
*quâ cap. 5. & 7. & superavit Grammatici æquo-
scopulos. Hæc autem trium septimanarum
acio commodè peragi possunt. Quod si jam in-
per quotidie, tum ex analysi diurni pensi, &
rammaticis præceptis, tum ex Dictionario, pau-
las aliquot voces, præcipuè verò themata &
oces sine numero memoriæ mandaverit, certè post
ium mensium decursum mirabitur, tam exiguo
mporis intervallo tantum disci potuisse. Quod
erò de vocibus sine numero moneo, præcipuè pro-
er conjunctiones facio & præpositiones, quarum
æcipuas lib. 1. cap. 37. & 38. item lib. 2. cap. 7.
9. recensuimus. Quantum enim in his situm
, omnes, qui linguas qualescunque didicerunt,
telligunt.*

*Atque hæc continuo studio peragenda censeo,
nimo huic solummodo rei intento. Trimestri hoc
acto, ad alia securus accedet, ita tamen, ut
peritiam*

*peritiam Ebraïſmi jam acquiſitam non ſinat eva-
neſcere, ſed potius adaugeat. Dices hoc fieri no
poſſe ſine exercitio. Fateor, ſed exercitium illu
Chriſtiano non erit indignum, Theologiæ verò ſtu
dioſo planè neceſſarium. Illud enim volo, Theo
logiæ ſtudioſo & Verbi D. Miniſtro tantum ſemp
debere eſſe à rebus aliis otij, ut quotidie caput al.
quod in utriuſq; Teſt. originali textu legat, e
quidem cum brevi ſuccinctoque commentario, vi.
Junij vel Bezæ, vel Piſc. vel Vatabli. Erit aute
ſemper ad manum Grammatica cum Dictionari
ſive Buxtorfij, ſive majore Pagnini, quod Theſauru
meritò vocant, ſive Pentaglotto Scindleri. At
fortuna tenuior non ferat hos ſumptus, Buxtorfi.
num ſufficiet. Verbum addam de Interlinearib.
& Hutterianis. Illorum uſu Tyronibus ſuprà i.
terdixi, Hutteriana etiam ab iis tractari nolim
ſunt enim Pigrorum pontes. Sed ubi fundamen
bene jacta ſunt, Interlinearium incomparabilis uſ.
erit. Politicis autem, ſenibus, atque adeo omnib.
iis, qui præceptore deſtituuntur, utraque libens cu.
D. Franzio, pio Witebergenſium Theologo, indu
ſero* a) nec n. defuerunt, *inquit idem* his proxim
annis omnium ordinum venerandi Senes, qui hc
pietatis exercitium ſuæ ſenectutis divinam volu
ptatem conſtituerunt. *b)* Interim, *inquit*, cæter
nullum paro patrocinium, quin jam modò gr
viter in eam ſententiam, de diligentia in Ebræ
collocanda dixi, & eum, qui ſecus fecerit, occaſic
nibuſque adoleſcentiæ & Academicæ vitæ abuſu
fuerit, nec fundamenta intima fontiū compara
ſategerit, divinā vindictam experturū pronuncic

a) De interpr. ſcript. p. 56.

b) pag. 55.

Si ci

Si cui verò in penitiorem Ebraïſmi & ſacræ Phi-
igiæ notitiam penetrare ſit animus, is leget ſcripta
Munſteri, Fagij, Galatini, Merceri, Druſij,
illeri, Helwici, Graſeri, Buxtorfij, Cunæi, Corn.
rtrami, Caninij, nec non Scaligeri opus de Emend.
nporum, ejuſdem Animadverſiones in Euſeb. &
enchum Tribæreſij. Caſauboni Antibaroniana,
gonium de Rep. Ebr. & alios.

Si in Maſoram penetrare cupis, ſufficiet tibi
reum illud & inæſtimabile ſcriptum D. Buxtorf.
od Tiberiadem vocavit.

Si ad linguam Chaldaïcam & Chaldæas Vet. T.
araphraſes intelligendas animum applicare voles,
hibe Grammaticam Chald. D. Buxtorfij & Di-
ionarium Pentaglotton Scindleri, vel Lexicon
hald. & Syriacum Buxtorfij Junioris. Si in
braïcis bene profeciſti, hic vocali præceptore non
ebis. Primò te exerce in Dan. & Ezrâ, poſtea
nfer Chaldæam Paraphraſin facilioris libri cum
xtu Ebr. & Verſione, ſive Ariæ Montani, quæ
t in Biblijs Regijs, ſive Fagij in V. libros Moſis,
æ ſeorſim extat cum eruditiſſimis notis, ſive Mer-
ri in aliquot prophetas minores. Abſtine autem
textu Chaldaïco, prout extat in Venetis Biblijs,
ijſq; vetuſtis exemplaribus. Utere potius textu
, qui extat in Regijs vel Mercerianis, illi enim
unctationem textus Chaldaïci, quæ ab imperitiſſi-
o Judæo erat, ad analogiam Danielis & Ezræ
eliciter correxerunt. Sed omnibus palmam præ-
ipuit noſter Buxtorfius, qui in Editione magnorum
llorum Bibliorum, quæ Buxtorfiana de nomine
jus vocamus, rem illam ita perfecit, uti omnibus
poſt-futuris

post-futuris otia fecerit. Istum ergo textum Chaldaismi studiosus maxime sibi habeat commendatum. Quia verò non cujusvis est Biblia illa emere, putarem non abs re fore, si textus Chald. vel totius Vet. Test. vel selectorum aliquot librorum seorsim aliquando ederetur.

Verbum addam de studio Rabbinico & lectione sine punctis. Ea facilior est quàm vulgò existimăt. Adsit modò accuratior Ebrææ, & mediocris Chaldææ Grammaticæ peritia, sitque hujus studij Candidatus mediocriter in Biblico textu versatus: hoc n. Commentarios Biblicos lecturo planè necessarium, idque ob hanc causam, quod Rabbini loca scripturæ ita citare soleant, ut nec librum, nec caput nominent, nec diversum characterem adhibeant. Incipiet autem studiosus à facilioribus, inter quos primas tenet R. David Kimchi, sive Kamius, scriptor tersus & styli Biblici æmulus, scriptor cordatior & à thalmudicis fabulis alienior. Leget studiosus introductionem D. Buxtorfij ad lectionem Rabbinicam, quæ est ad calcem Grammaticæ Ebrææ, uteturq; Lexico Rabbino-Philosophico, quod est ad calcem Dictionarij Buxtorfiani Editionis postremæ. Extat etiam utilissimum illud Dictionarium Chald. & Rabb. Munsteri, quin & Pentaglotton Scindleri & prædictum junioris Buxt. Lexicon hic multum juvabunt. Sine præceptore feliciter satis incipiet, qui Merceri Commentarios in V. priores minores prophetas habet. Is enim integros Commentarios R. Salomonis, Abenezræ & Kimchij in Hos. Joel. Obad. & Jonam Latinè ad verbum reddidit. Conferat eam versionẽ cum Ebraïcis, incipiat à Kimchio,

ab ei

ab eo ad Aben Ezram, ab hoc deniq; ad Salom.
progrediatur: ubi eos sibi reddiderit familiares, in
cæteris ope Lexicorum benè se expediet. Quod si
Deus O. M. vitam & otium dederit, operam dabo
& ego, ut hac in parte de linguarum studiosis benè
possim mereri. Concordantiarum vero Ebraicarum
usus, sicuti ad eruendum genuinum, per scripturarum
collationem, sensum, ita & hic planè necessarius
est: Quia n. ut dixi, Rabbini scripturam ita citare
solent, uti nec characterem varient, nec libros
vel capita indicent, omnino concordantijs ad loca
illa invenienda opus est. Quia verò exemplaria
earum jam ante multos annos distracta sunt, & si
quæ reperiantur, iniquo pretio veneant, moneo
lectorem, D. Buxtorfium moliri Editionem novam,
in qua ipsius indefessa industriâ a) melior erit methodus, loca in prioribus Editionibus deficientia
suppleta, Radices quæ contra omnem analogiam
confusæ erant, distinctæ, omnia denique ab innumeris mendis castigata. Exhibebit insuper hæc
nova Editio in ipsis concordantiis, Lexici Ebraïci
omnibus vocibus Biblicis completi absolutam
formam & perfectam Masoram.

a) Ex Epistola ejus privata quam ad me dedit 6. Maij 1625.

De Syriacâ linguâ, ut vocant, quâ extat antiquitate venerabilis illa novi Test. versio, non est
quod moneam. Exigua enim est inter eam &
Chaldaicam discrepantia. Si quis eam cum accuratâ Tremellij versione contulerit, & peculiaria
ejus præcepta, in Grammatica Chald. & Syr. Buxt.
vel Bertrami, vel Tremellij, memoriæ insculpserit,
sine præceptore satis bene proficiet, maxime si utatur textu typis Ebraicis a D. Tremellio edito. Ipse
etiam

etiam Guido Fabricius Boderianus in Edit. Parif. Syriacum textum Ebraicis characteribus expressit, sicuti etiam in Bibliis Regiis ad singularum paginarum calcem factum videbis. Dictionarium Pentaglotton Scindleri hîc quoque tibi satisfaciet. Quod si tamen textum Syriacum propriis typis legere sit animus, comparabis Gramm. Waseri, vel Crinesij vel quæ brevi prodibit D. Erpenij, & utere Dictionario vel ejusdem Crinesij vel Junioris Buxtorfij. Nova autem novi Test. Syriacis typis editi Exemplaria prælum Witebergense, procurante D. Martino Trostio 1621. nobis suppeditavit, Viennensia enim jam pridem erant distracta.

De necessitate studij Ebraici Biblici dixi satis in Parænesi Grammaticæ præfixâ. De utilitate studij Chald. & Rabbinici ut pro rei dignitate nunc dicam, multa impediunt. Illud solum considera: terrori Judæis eos Christianos esse, qui in Thargum & Rabbinis mediocriter versati sunt, non enim ignorant, pleraq; hodierni Judaismi fulcra in iis vehementissimè concuti, imò convelli. Quo magis doleo hæc utilissima studia adeò iis in locis jacere, ubi Judæi catervatim habitant. Ex omnibus ultimi judicij prognosticis solam & unam Judæorum conversionem restare, constans & ferè unanimis Theologorum opinio est. Et certè fundamentum habet in cap. ad Romanos XI. Videmus tamen in quibusdam locis eam eße Ministrorum & Theologorum hac in parte incuriam & inscitiam, eo mores & modum agendi, ut non immeritò renovare possimus magni illius Lutheri lamentum, Ipse ego, *inquit,* si Iudæus natus fuissem, & ejusmod

trunco

truncos & saxea capita & doctores constitutos vidissem Christiani populi, citius quibusvis Turcis aç Scythis me conjunxissem, quam ejusmodi Christianis. Pro belluis planè hactenus Iudæos habuerunt, *pergit Lutherus*, etiam magni Theologi. Quoties aliquis ad Christianismum aspiravit, putârunt se officio suo egregiè perfunctos si in gentem illam fortiter convitiati essent. Sed in extremo die major pæna decernetur, tali debacchanti Theologo, quam Iudæo debacchationibus istis non commoto. Non enim convitiis sed argumentis conscientia errantis erigenda est. Certè, *inquit*, si Apostoli, qui & ipsi Iudæi fuerunt, sic tractassent nos gentes, ut nos hactenus tractavimus Iudæos, haud dubiè pauci vel nulli ad Christum conversi fuissent, &c. *Et paulo post*, Sed imprimis defuerunt illis, qui Iudæos convertere volebant vel debebant, sufficientia media. Nimirum protinus absterriti sunt Iudæi, quando audierunt superioris ævi Theologos nihil didicisse in Bibliis, sed in Aristotelicis argutiis consenuisse, &c. *Medium ergo planè necessarium Ebrææ linguæ & per eam rerum Judaïcarum notitia, cujus studia utinam ad exemplum Belgicarum Ecclesiarum in suis excitarent illi, qui inter Judæos habitant!*

Ex Franzii schola Sacrif. Disp.

** *DISSER-*

DISSERTATIO
DE
KERI ET CHETIB,
literis majuſculis, minuſculis, ſuſpenſis, inverſis, &c. quæ in Bibliis Ebraïcis occurrunt.

ANomaliæ omnes circa quas potiſſimùm hi noſter verſatus fuit labor, vel eſſentiale ſunt, vel accidentales. Eſſentiales voco eas quæ in ipſis vocibus conſiſtentes cauſam non ha bent aliam, quàm uſum, penes quem, ut in alii linguis, ita & in hac, dum ſtetit Reſp. Iudaïca —— arbitrium fuit & vis & norma loquend. Licet n. tam verba quam res amanuenſibus ſu Spiritus S. dictârit, attemperavit tamen ſe & cu juſque Amanuenſis ſtylo, & cujuſque ſæculi di lecto. Vnde alius eſt Ieſaiæ, alius Amoſi ſtylu Alia Moſis, alia Iobi, alia Davidis, alia Ezra Haggæi, Danielis, &c. Dialectus.

Anomaliæ iſtæ, ut jam * ante à nobis dictu eſt, ſunt vel communes, vel propriæ. Commu nes vocavi eas, quæ regulis aliquatenus compre hendi poſſunt & in Grammaticâ noſtrâ, ſu quæque locis, exhibitæ ſunt. Proprias dixi ea quæ uni certæ radici vocive propriæ ſunt. E rurſus diſtinxi in ſæpius obvias & ſemel aut it rum tantùm occurrentes. Illarum pleraſq ordine Alphabethico ad calcem Grammatic exhibui, has jam exhibebo. Ne quid tam

* Gramm. Pag. 130.

yrones desiderarent, anomalias communes
ifficiliores hic quoque recensebo tanquam in
dice, ostensis libro, capite & paragrapho
rammaticæ, ubi eæ explicatæ, vel ex quibus
plicari possunt. Quin & plerasque alphabe-
o isto catalogo indicatas hic denuò singulo-
m librorum initiis attingemus. Quò autem
porem studiosorum compendifaciamus magis,
seremus in hunc quoque tractatum quædam,
æ licet anomala non sint, pro talibus tamen
lgò habentur, aut tyronibus negotium faces-
e possent. Et quod ad proprias illas attinet,
diversarum Editionum collatione deprehendi,
um numerum ex vitiosis & mendosis quibus-
m Editionibus ab ipso etiam *D. Scindlero* fuisse
ıltiplicatum. Eas nihilominus annotandas
xi, ne ad eas Tyrones, similibus Editionibus
ntes, similiter impingerent. Vsus autem sum
præcipuè Editionibus tribus, Venetis in folio,
ore anni 1515. secundâ anni 1523. tertia anni
48. Item Editione Buxtorfianâ in folio, præ-
quam in hagiographis, eam enim partem ad-
desidero, Editione Interlineari Plantin. 1584.
Rob. Stephani in quarto 1544. quam præ cæ-
s maximè vitiosam deprehendi. Quia verò
ecipuè secutus sum codicem interlinearem,
inde mihi annotandæ fuerunt ejusmodi vo-
, quarum themata in margine malè fuerant in-
ata, quæ res Tyronem in Analysi Grammatica
n parum torquere solet.

Atque hæc de anomaliis essentialibus dicta
to. Restant accidentales, quæ in vocis pe-

culiari scripturâ consistunt. Suntque duum generum, Aliæ enim ob Mysterium aliquod, u quidem Ebræis placet, aliæ ob diversam lectic nem irregulariter scribuntur.

Mysterii alicujus causâ, ex Ebr. sententia; lite aliqua vocis vel quantitate majori pingitur in I ditionibus accuratioribus, quam reliquæ, ut e. Deut. 6. 4. vel minori, ut Gen. 23. 2. atque istaru literarum totum Alphabethum à Masorethis r censetur & ex iis à Cl. Buxt. in Tiberiade cap. 1 & 15. Commentarii. Nos verò eas præcip annotavimus, quæ in hodiernis codicibus scriptæ etiamnum reperiuntur. Vel litera aliq invertitur, ut Num. 10. 35. vel suspenditur su alias ut Iud. 18. 30. vel figurâ finali in medio p gitur, ut Ies. 9. 7. vel initiali in fine, ut Neh. 2. 1 vel denique supernè punctis extra ordinem in gnitur, ut Gen. 19. 33. & 33. 4. quæ omnia à no suis quæque locis indicata sunt.

Quæ vero ob lectionis diversitatem irregu riter scribuntur, vulgò 848. numerantur. Ex i nos eas potissimum annotavimus, quæ Gram ticam ullo modo turbant. In illis autem l observandum est, punctationem illam, quæ v intra textum positæ addita est, nullo mod convenire ex naturâ & ingenio linguæ Ebr sed contrà, in plerisque ab ea planè abhorrere; verò voci examussim convenire, quæ in mar per literam ק notata est. Atque ita in textû plex lectio insinuatur, una per consonantes, q rum proprias vocales ex analogia Gramma supplebis, atque hæc vocatur כְּתִיב *scriptu*

script.

criptura, denotaturque per circulum ô voci tali
uperimpositum; Altera per vocales, non quidem
tius vocis, cui subjiciuntur, sed ejus quæ in mar-
ine sine vocalibus posita est cum litera ק/ quæ
gnificat τὸ קְרִי *Keri legitur*, E.g. 2. Sam. 14. 22.
עַבְדּ si legas *gnaudeva*, erit monstrum vocis. In-
nuatur hic duplex lectio, una per consonas,
uæ ex anal. Gramm. sic punctandæ, עַבְדּוֹ *servum*
ium, altera per vocales, quæ propriæ sunt voci
n margine positæ עַבְדֶּךָ *servi tui*. Quamvis ali-
uando per accidens fiat, ut in diversa lectione
ulla sit punctorum varietas, ut videre est Prov.
. 3. & 22. 3. Ier. 49. 30. Iezech. 42. 16. &c.

Hanc autem lectionis varietatem in quibusdam
eperit Iudæorum quædam εὐλαβεία & religio,
quibusdam verò codicum discrepantia & men-
osa descriptio.

Religione Iudæorum & metu profanationis
ctum est, inquit Cl. Erpenius, ut nomen tetra-
rammaton יהוה protulerint per nomen אֲדֹנָי/
el (quoties vel ante vel post se habuit ipsum no-
men אֲדֹנָי) per nomen אֱלֹהִים/ unde etiam ista-
um vocum puncta nomini (יְהוָֹה) addita sunt,
t moneretur lector, nomen illud per consonas
ropias istarum vocalium legendas esse.

Religione quoq; factum est, & vitandæ turpi-
udinis ergò, ut literis vocum quarundam obscœ-
orum vocales honestiorum adjectæ sint, ut
.Reg. 18. 27. Ies. 36. 12. quamvis & eæ aliquan-
o eædem sint, ut Deut. 28. 30.

Reliquę varię lectiones (si excipias נַעֲרָ & יְרוּשָׁלַםִ)

ex mendosa codicum descriptione & varietat natæ sunt. Cui ut remedium adhiberent viri eru diti, voces in contextum diu receptas, prout ea invenerunt, reliquerunt integras, sed emendatic nem earum in margine posuerunt nudis consc nis, quarum vocales consonis in contextu posit addidere.

Restitutio illa lectionis versatur vel circa voce integras, vel circa vocum partes, vid. consonas.

Circa voces integras versatur quadruplicite 1. Aliquando enim dictio integra in context redundat, quam proinde punctis non vestivere, 1 Ier. 51. 3. Tales autem voces redundantes à Ma sorethis numerantur 8. 2. Aliquando vox inte gra defecit, ac tunc in contextu solas vocales pc nunt in codicibus punctatis, consonis in margir exhibitis. In codicibus autem non punctat spacium relinquunt vacuum, Ruth. 3. 17. & ali locis. 3. Aliquando una in duas finditur. 4. Al quando contrà duæ in unam coalescunt. Exemp vide Gen. 30.

Circa vocum partes, id est, consonas versatu 5. Modis.

1. vel enim consona una pro alia posita est,
2. vel redundat,
3. vel deficit,
4. vel transponitur,
5. vel à voce sua avulsa alteri adjungitur.

Quod ad 1. modum attinet, is vel ex vicinitat pronuntiationis vel similitudine figuræ natus es Præ cæteris autem literæ אהוי frequenter confus Erpenius Gramm. lib. 4. p. 259 reperiuntur, vid. א pro ו / ut לא *non*, pro לו e.

ה pro

ה pro ו ut יִפְקָה pro כו & pro י, / לָה pro לִי
ו pro א ut לו pro לא non, & pro ה ut הָיָ pro הָיָה Iod pro ה / ut כי / pro כה sic. At omnium sæpissime Iod & Vau confunduntur, quia maximam figuræ habent affinitatem, אָזְנַי pro אָזְנוֹ / הוא pro היא & contra היא pro הוא /

Reliquarum permutationes rariores sunt, occurrit enim.

ב pro { ר semel. / מ 6. / כ 11. / פ 1. / ח 1.

ג pro { ז 2.

ד pro { ר 2. / ו 1.

ה pro { כ 2. / ג 1. / ח 2.

ו pro { ר 6.

ח pro { ע 1. / ח 1.

י pro { נ 1.

כ pro { ה 1. / ר 1. / מ 1.

מ pro { ב 1. / ה 2.

נ pro { ח 1. / מ 1.

ס pro { ח 1.

ע pro { א 5. / צ 1.

פ pro { ב 1. / מ 1.

ר pro { ד 4.

ש pro { ט 1.

ת pro { ד 1. / ה 2.

Quod ad 2. & 3. modum attinet, eædem literæ אהוי longè sæpius redundant & deficiunt quam aliæ.

א enim in medio vocis redundat 45. locis, ut יָבֹאץ /

Reliquæ initio medio & fine,

ה 33. locis, הַחֲנִירת / יַעֲשׂוּה בְּהַשָּׁוֶה /

ו 95. locis, וַיּוֹצִיאוּ / כְּתוֹב / וַיֹּאמְרוּ /

י 147. יְצֵאוֹ / דְּבָרֶיךָ / עָשִׂיתִי /

Ex reliquis literis redundant tantùm לש semel, כמרת bis, נ ter, ב quater, ןר quinquies.

Deficiunt quoq; literæ הוי in principio medio & fine, satis frequenter, Et quidem

ה 44. locis, מֶלֶךְ / לְצִיר / אֶעֱבַר /

ו 30. locis, לְדוֹר דּוֹר / אֲחַשְׁוֵרשׁ / אֲמֹר /

י locis quamplurimis, עֲבוּר / מְרַגְּלִים / נִיּת /

& infinitis locis in fine pluralium nominum ante affixa ו & ך / מִשְׁפָּטֶךָ / דְּרָכָו quamvis de his dubitari possit.

Ex reliquis literis deficiunt tantùm בדרת semel, חכל bis, נ ter, א quinquies.

4. Transpositio literarum in 62. dictionibus occurrit יָמוּת pro יוּמַת / הֵלִיךְ pro הוֹלִיךְ /

5. Avulsio literæ rarior, ut הָיְתָה מוֹצִיא /

Et quidem harum variarum lectionum aliæ hujusmodi sunt, ut sensum non mutent, dubitesq; meritò, utra præferenda sit. Aliæ verò tales sunt, uti non nisi altera, quæ secundum vocales est, & in margine exprimitur, loco convenire possit. Illæ authoritate bonæ notæ codicum, hæ necessitate etiam, cum judicio, à viris magnis videntur constitutæ.

Atque

Atque hæc ferè ex Cl. Viro D. Erpenio.

Quæstio inter Theologos & Philologos celeris est utrum hæ accidentales anomaliæ vid. li-
:ræ istæ majusculæ, minusculæ, suspensæ, inversæ,
ıpernè punctatæ, ac variæ istæ lectiones quas
eri & *Chetib* vocant, ab ipsis sacris scriptoribus
nt exaratæ, idque mysterii alicujus causâ. Multos
irós doctos & pios zelus quidam non quidem
malus sed non satis secundum scientiam, eò
ompulit, uti affirmativam tanto calore defende-
nt, ut secus sentientes tantùm non blasphemiæ
eos peregerint. At ubi Mysteria illa explicanda
ınt, vel ridiculi sunt, vel ignorantiam profiten-
ır. Quid mysterii ponant in plerisque vocibus
ıpernè punctatis, & literis majusculis & minus-
ulis, suis locis ex D. Buxt. Ebræorum judicia
rotulimus. Vide inter alia Gen, 23. 2. ubi כ
ıinusculum. Ita R. Sal. explicans locum Prov.
3. 31. ubi scrib. בַּכִּיס *in crumenâ*, & legitur בַּכּוֹס
ı poculo, hoc mysterium pandit, Salomonem
nnuere voluisse, oculum cauponis defixum esse
n crumenam Bibuli, dum is oculos defigit in
ooculum & colorem vini contemplatur. Possem
d genus infinita alia variarum lectionum decla-
amenta producere, si opus esset, quæ à sacrorum
atum mente plane aliena esse omnes cordati
concedent. Vnum id solummodo addam, quod
peciem aliquam habet & utroque pollice à mul-
is approbatum, Hagg. 1. 8. extat אֶכָּבֵד / nota
narg. אֶכָּבְדָה / Qui hoc ipsum ab ipso Prophe-
tá factum putant, ajunt eo innui, quinque res

 (ה enim

(ה enim quinque denotat) defuisse in templo se-cundo, quæ fuerunt in templo primo. Thalmu-dici, R. Salomo, Kimchi & alii ea enumeran vid. 1. Arca cum Cherubim, 2. Vrim & Thum-mim. 3. Ignis cælitus demissus. 4. Spiritus san-ctus seu prophetiæ. 5. * Præsentia Majestatis di-vinæ. Magnum hoc est testimonium & validum argumentum, quod contra se ipsos afferunt Iudę *Major erit gloria domus secundæ quam fuit primæ* inquit, hic idem Propheta 2.9, Et tamen ex illo-rum confessione quinq; primaria & domus prio-ris & populi Iudaïci ornamenta defuêre. Vnde ergo excellentia & prærogativa domus secundæ si non ex eo quod humani generis redemptor Messias suâ præsentiâ & doctrinâ eam illustra-verit. Hîc in magnas angustias Iudæum redige. Sed si penitius rem intuearis, commentum est quod de defectu literæ ה commentantur. Primò enim scopus Prophetæ tali mysterio adversatur ideoque nec Aben Ezra, nec Iunius, nec Piscator nec alii prudentiores Interpretes id attigêrunt. 2. Plures extant dictiones quæ scribuntur sine ה parag. at leguntur cum eo, E.g. Iez. 23. 16. ubi talia Mysteria locum non habent. 3. Non omnia illa in templo secundo defuisse, inter alios etiam ostendit Franzius in Schola sacrificiorum, Disp. XI. Et quod ad Mysteria illa in genere attinet ego sic arbitror, sat Mysteriorum in sacræ scriptu-ræ nucleo contineri, ut non opus sit ea in cortice quærere, quæ tædioso labore reperta non nisi precariò obtineamus.

* Pro hoc Thalm. Ierosol. ponit *oleum unctionis*.

ותעגב

Assentior itaque iis, qui hæc nec ipsis sacris

scripto-

scriptoribus nec posterioribus Masorethis quos post-Thalmudicos vocant, ascribunt. Non sacris scriptoribus. Videtur enim quam longissimè à Majestate Sp. sancti abhorrere, in literarum quantitatibus & figurâ ἀπόῤῥητα mysteria occultare & eâdem sententiâ diversos, quin & aliquando contradictoriós, sensus proponere, uti videmus illis locis, ubi scribitur לא *non* & legitur לו *ei*, Exod. 21. 8. Lev. 11. 21. & 25. 30. 1. Sam. 2. 3. 2. Reg. 8, 10. Ies. 9. 3. & 49. 5. & 63. 9. Ezr. 4. 2. 1. Chr. 11. 20. vide Masoram ad Lev. 11, 21. Atque hæc causa est cur accuratissimi Interpretes, Luth. Calv. Bucerus, Iun & alii μυστηριώδεις illas argutiolas & in versionibus & commentariis neglexerint, atque ex diversis lectionibus eam solummodò eligendam sibi duxerint, quam ipsi scriptorum scopo, item antecedentibus & consequentibus maximè convenire fuerunt arbitrati. non posterioribus Masorethis, qui post inventas vocalium figuras vixere. 1. Quia apud Thalmudicos, ipsis longè antiquiores, crebra mentio accidentalium istarum anomaliarum. 2. Quia hæ accidentales anomaliæ omnes versantur circa consonas, nulla circa vocales, quæ tamen ejusmodi mysteriorum tam capaces sunt, quàm consonæ, imo capaciores. Probabilius ergò Masorethis ante-Thalmudicis, quorum (uti & Thalmudicorum) tempore Vocales nondum ascriptæ fuére, ea tribuuntur. Masora enim hodierna seu notarum Masorethicarum corpus non est ab uno duntaxat aut altero homine aut col-

legio

legio certo quodam & definito tempore compositum, sed est farrago & sylva variarum observationum, quæ à plurimis hominibus multis sæculis ab Ezræ seculo usque ad Tiberiensium tempora factæ sunt.

Itaque paulò post Ezræ tempora literas illas majusculas, minusculas, inversas, suspensas versuumq; repetitiones in sacrum codicem invectas fuisse verisimile est. Cl. Buxtorfius existimat priscis illis sapientibus justas & dignas fuisse causas istius diversitatis, licet nobis hodie ignotas. Et in genere vel majorem præsentis rei considerationem commendatam, vel arcanum aliquem sensum indicatum fuisse. D. Brougtonus putabat singulas minusculas & majusculas terminos esse certi literarum numeri, vel à præcedente majuscula, vel minusculà, vel à principio libri, vel alio loco, olim ex peculiari Indice noto. E.g. à vau majusculo Lev. 11. usq; ad ג cap. 13. sunt literæ 2600.

Atque hæc de istis anomaliis, in quibus mysteria Ebræi vulgò collocant, dicta in præsens sunto. Videamus obiter de variis lectionibus, Et quidem primò de iis quas Iudæorũ religio peperit. Atque hic primò occurrit nomen tetragrammaton יהוה olim dictũ ineffabile, quod effari illud, primò quidem ex quadam εὐλαβείᾳ & metu profanationis, postea vero ex superstitione non fuerint ausi solitive. Nunc verò sic vulgo appellatur, quod pronunciari non possit, dum proprias ejus vocales ignoramus. Quas n. hodie habet ascriptas יְהֹוָה vel יֱהֹוִה alienæ sunt, vid. nominis אֲדֹנָי & אֱלֹהִים

teste

teste etiam D. Beza ad Apoc. 1. necessitas ergo nos cogit illud per *Adonai* & *Elohim* effari, nec enim quippiam præter conjecturas de genuina vocis pronunciatione habemus, dum alii *Jao*, alii *Jevo*, alii *Jave* pronunciant. Qui enim pro Iehova & Iehovi disputant (vocibus ante * Petrum Galatinum inauditis) principiū petunt. Ab hac nominis sanctissimi punctatione D. Piscat. aliiq; ex Theol. nostris disput. contra antiquitatem vocalium. nec n. credibile est, inquiunt, sanctos Dei amanuēses illud, cujus genuinā pronunciationem non ignorabant, alienis punctis punctaturos fuisse, cum ea punctatio sit ex posteriorum Iudęorum consuetudine, in quam priscorū ευλαβεια & erga hoc nomen reverentia degeneraverat. Vti nec illud verisimile est, scribas vel Masorethas genuinas nominis hujus vocales mutaturos fuisse, si eæ ab ipsis Prophetis ascriptæ fuissent. nunc verò textū Biblicum ab omnib. punctis nudum puncturi, verá nominis istius pronunciatione cum Templo & sacerdotibus obliterata, quid facerent? certè aut ubiq; nomen illud punctis vacuum & mutum, aut cum punctis earū vocum, per quas etiā tunc cum nota erat genuina pronunciatio legebatur, exhibendum ipsis fuit. Et quidem de hoc nomine peculiarem dissertationem adjicere statueram, quam olim admodum adolescens Oxonii conscripsi, virisq; doctiss. (inter quos beatus Scultetus) probavi, sed ne in nimiam molem excrescat hęc coronis, ejus editionem in aliud tempus differam. Interim leget Tyro Tetragramm. Cl. Drusii p. m. Buxt. Diction. in themate הוה/ & orationē Doctis. Viri,

* Is floruit anno Domini 1518.

quæ

quæ adjecta est ad calcem *a)* Tractatus de antiquitate punctorum.

a) Leidæ apud Iohannem Maire 1624.

Eadem ferè earum vocum ratio est, quas vitandæ turpitudinis causa, alienis vocalibus vestivere Scribæ. Quod si sacri scriptores vocales adjecissent, non dubium est, quin proprias vocum istarum posuissent. Aut si voces illas legi noluissent, non scripsissent. Si proprias vocales apposuissent, nullus Iudæus eas mutare fuisset ausus. At cum vocales non ascripserint, minus se peccaturos putabant si alienas vocales subjicerent, earumque consonas in margine (ne quid de sacra scriptura detrahere, eamque violare viderentur) exhiberent. Traditio hac de re extat in Cod. Thalm. Megillu cap. 3. *omnes voces quæ in Lege scriptæ sunt* לִגְנַאי *obscœnè, eas legunt* לְשֶׁבַח *honestè.* An ergo aliquid obscœni est in lingua sancta? à Spiritu Sancto? Videtur hoc responderi posse, voces illas tempore scriptorum fuisse sic satis honestas, auresque simplicioris istius ævi non fuisse ad earum recitationem offensas. At posteriori ævo, crescente in populo isto omni nequitia & spurcitie, communi usu ita fuisse profanatas, ut pii vix sine rubore eas audire vel pronunciare potuerint. E. g. sicut vox שֵׁגַל quæ *conjugem* & quidem *Augustam* significat honesta etiamnum est, ita etiam credibile est, verbum שָׁגַל quod ipsum actum Venereum denotat, olim honestam fuisse, at postmodum sermonis spurcitie fuisse inquinatam; unde puncta vocis שָׁכַב *beslapen*, ei apposuerint. Sicuti apud Ger-

manos

anos vox *Bruydt* ſponſa, honeſta eſt, at verbum de deductum, inhoneſtum, nec à pio & civili o uſurpari audies. In hac tamen voce illud peculiare, quod ex analogia conjugationis unctari ſuis vocalibus poſſit, ſi cui fortè religio lectionem ſcribarum hac in parte ſequi, At nomine יהוה aliiſque, ex. gr. 2. Reg. 18. 27. ſ. 36. 12. cogeris velis nolis, lectione, quam ribæ reliquerunt, contentus eſſe, quia analogia ocum quæ in textu, ibi incerta. Eandem hoeſtatem videmus ab Interpretibus Belgicis adbitam. Cum enim vox Ebr. * חראי ſignifit *ſtercus*, & שין *urinam*, & שגל ipſum actum enereum, quem fœdo Comicorum vocabulo primere etiam potuiſſent Latini Interpretes, eges tamen voces, honeſtiores, *dreck*, *water*, *ſlapen*, id eſt, *cubare*, &c. quæ ſunt interpreumenta vocum marginalium.

* חרי Arabice eſt *cacare*.

Reſtant variæ lectiones ex codicum mendosâ eſcriptione ortæ. Hæc autem eſt ſententia *a)* riæ Montani, *b)* Kimchii, *c)* Ephodæi, *d)* benEzræ, *e)* Druſii, *f)* Merceri, *g)* Bertrai, *h)* Pagetii, *i)* Erpenii, *k)* Capelli, *l)* Veigammejeri, *m)* Piſcatoris, & doctiſſimi ſtius *n)* viri, qui ſcripſit tractatum de antiquiate vocalium à Cl. D. Erpenio editum. Etiam Buxt. in eam ſententiam deſcendit lib. 1. cap. 28. Gramm. Nec aliter ſentiet, quiſquis omni præ-

a) In apparatu ad Regia præfat. in varias lect. Ebr. textus. *b)* Præf. in Ioſuam. *c)* apud R. Iacob præf. in Biblia Veneta anni 1523.

d) in Exod. 21. 8. *e)* ad Lev. 11. 21. in annot. magnis adhuc meditis. *f) g)* paſſim ad Theſaurum Pagnini, vide ſpecialiter in th. זיד *h)* in libro Anglic an arrou againſt the Browniſts. *i)* in Gramm. p. 256. *k)* in Chronolog. *l)* in tabulis lib. 2 cap. 10. *m)* paſſim in Scholiis, vide 1. Reg. 22. 48. *n)* lib. 1. cap. 7. & 11.

judicio

judicio ſepoſito hæc & ſimilia loca benè conſide-
raverit, Iud. 16. 18. & 19. 3. Ruth. 4. 5. 2. Sam.
20. 14. 2. Sam. 24. 18. Pſ. 139. 6. Prov. 19. 19
& 20. 20. & 23. 26. & 31. item 8. 35. & Pſ. 18
cum 2. Sam. 22. & libros Chronicorū cum libri
Samuelis & Regum contulerit. Qui hîc contr-
eunt & utramque lectionem divinæ authoritati
eſſe contendunt, *multis in locis* (verba reverend.
D. Pagetii) *ex Deo Janum aliquem biſrontem fa-
ciunt*, ſpectantem πρόσσω καὶ ὀπίσσω. Ex. gr.
2. Reg. 8. 10. Ezr. 4. 2. Ieſ. 63. 9. ubi aut alteru-
trum tantum à Sp. S. dictatum eſt, aut ſub una
ſententia ſi non contrarium (ſcio enim diverſo-
rum reſpectuum temperamentum ſubtilioribus
ingeniis nunquam deeſſe) at ſaltem diverſum &
duplicem literalem ſenſum latere oportet. Quo-
rum poſterius ſi admittimus, certè valde pecca-
runt omnes interpretes, quà veteres, quà recen-
tes, quod in verſionibus ſuis utramque lectionem
non expreſſerint. Quicquid enim ante ſcriptum
eſt ad doctrinam noſtram ſcriptum eſt. Sed illi
non valentes certam aliquā interpretationis iſtius
duplicis regulam ex S. L. extruere, ratique my-
ſteria à quibuſdā in his talibus eruta, nullo ſolido
niti fundamento, fidelium Interpretum officio ſe
perfunctos putarunt, ſi unam exhiberent. Sicut
autem Ebræi in legendo marginalem lectionem
exprimunt, ita & Chriſtianorum doctiſſimi tra-
diderunt marginalem lectionem veriorem eſſe
Ideoque & Interpretes eam plerunque expreſſe-
runt. Ipſe D. Polanus, licet utrique lectioni di-
vinam aſcribat authoritatem, marginalem tamen
vocem

ocem legendam esse docet. Et certè si rem accuratè expendimus, marginales istæ voces correctionem, vocisque quæ degeneraverat, in plerisq; extra omne dubium restitutionem exhibent. ne quid enim in ipso textu mutarent, absterruit eos vel codicum, circa quos hæc sacra critica versata est, vetustas, vel consensus, vel quod talis lectio plurium codicum authoritate niteretur, quâ in re utrum bene vel malè fecerint, jam non disputo. Dixi marginalem lectionem ab interpretibus plerunque prælatam. Dixi plerunque. Aliquando enim secùs factum, Aliquando eos fluctuasse, paucorum exemplorum inductione ostendam.

Iun. & Tremellius 2. Reg. 8. 10. in primâ edit, *Abi dic ei*, (לו) quod est in textu, At in postremis, *Abi dic, non vives* לא / quod est in marg. Ezræ 4. 2. in Edit. pr. *Eidem* לו *sacrificamus*, quod in margine, in postr. *non sacrificamus* [*alteri*] לא / quod in textu. Sic & 1. Reg. 22. 49. in pr. Ed. *Iosaphat paravit classem*, עשה quod in margine. In postr. *Iosaphato decem naves* עשר / quod in textu. Quin & Prov. 31. 4. Eccl. 9. 4. Ier. 2. 20. & 5. 8. τὸ Chetib in postremis editionibus prætulit Iunius. D. Piscator licet & ipse plerunque marg. lectionem exprimat, his tamen & aliis locis textualem prætulit, Lev. 11. 21. Ps. 100. 3. 2. Reg. 20. 4. Ies. 9. 3. Iob. 6. 21. idem in Pagn. & Aria Mont. Bibliis, in vulg. Latinâ, Græca & Chaldæa videre licet, qui licet marginalem passim præferant, aliquando tamen & textualem expresserunt, ut ex. gr. omnes illi Prov. 19. 7. Quatuor vid. Lat. Gr. Pagn. Arias, Ps. 100. 3. & Ier. 2. 20.

Tres, vid. Lat. Ar. Pag. Ies. 49. 5. Lat. Chald. & Gr. Ies. 63. 9. & 2. Sam. 22. 51. nec opus est plura enumerare. Quod ad veteres attinet, probabile est, eos eam lectionem expressisse quam in codicibus suis invenere. Recentiores dum ab hac Iudæorum regula de præferendo Keri recessere, aut Keri & Chetib transposita esse judicârunt, id quod in quadam * Editione sæpe contigisse queritur Elias Levita, aut Criticen istam multis in locis non magni æstimârunt, aut saltem utrum sufficientes receptam lectionem sollicitandi causas habuerint, dubitârunt. Hinc est, quod mult Interpretes istis casibus alteram itidem in textu alteram in margine vel notis collocarint, non quod utramque à Sp. Sancto esse putarint, sed quod dubitarint ipsi, utra præferenda, ac proinde Lectori liberum judicium relinquere voluerint. Ex. g. in Germanica Pisc. Ier. 2. 20. Dan. 3. 12. Neh. 3. 30. 2. Sam. 14. 21. & 18. 13. Iun. Ps. 11. 1. 2. Reg. 5. 12. Tigur. Dan. 9. 24. Iob. 13. 15. Ies. 69. 9. Prov. 17. 27. In Anglicanâ Ios. 8. 12. 1. Reg. 22. 48. 2. R. 20. 4. & 23. 33. Ps. 100. 3. Ier. 2. 20. Dan. 9. 24. Ies. 9. 3. & 30. 32. In Genev. Ex. 21. 8. Prov. 26. 2. Ps. 100. 3. Ies. 63. 9. Eccl. 9. 4. Atque hanc utriusque lectionis indifferentiam inter errorum describentium fontes retulerim.

* Venetâ anni 1515. Iun. in notis ad 2. Reg. 20. 4. audacter rejecit τὸ Keri.

Non dissimulabo tamen, loca quædam, licet admodum pauca, occurrere, in quibus utriusque lectionis in unam versionem conflatio non admodum incommoda videri possit, Ex. gr. Ps. 22. 17. Chald. vocem כָּאֲרִי reddidit, *momorderunt*

sicu

ut leo q. scriptum esset כָּאֲרִי כָּאֲרִי Prov. 19. 7. Sy vallen
הֵמָּה לֹא / *they are wanting to him*, vertunt An- hem los.
i; *Deficiunt ab illo*; ad verbum, *non sunt ei* q.
riptũ esset לוֹ לֹא Et Genev. licet diverso sensu,
n'y a que paroles pour lui, ad verbum, *non habet*
si verba pro illo. Iun. & Trem. Ex. 21. 8. *non sibi*,
uasi esset לוֹ לֹא & Ios. 8. 12. *urbs Ai*, q. scri-
um esset, עִיר עַי / Prov. 23. 26. ubi Chetib est
רצה *voluit*, Keri verò à נצר *custodivit*, red-
unt, *studiosè custodiant*, Iez. 42. 16. ubi Chetib
bet חמש אמורת / 5. *cubitos*, & Keri חמש מאות /
est, 500. illi, *quingentorum cubitorum*, Munste-
s & Tig. 1. Reg. 22. 48. *fecit decem naves*, Sic
Tig. 2. Sam. 23. 13. *tres principes*, quem inter-
etationis modum imitati sunt nonnulli Gen. 4.
. אָז הוּחַל / *tunc cœptum est profanari*, quia the-
a vocis utramque significationem admittit. Sed
nc apparentẽ commoditatem accidentalem esse
to, minimeque ex intentione Spiritus sancti.
uis enim in his non videt fontes variantis le-
ionis, vid. vel *a*) literarum transpositionem, vel
nilitudinem *b*) soni, *c*) figuræve, vel *d*) omis-
nem literæ, vel partis ejus, ut 1. Reg. 22. 48.
enim sinistram lineolam ex literâ ה sustuleris
nanebit ר / Deinde hanc interpretationis sub-
itatem cætera loca neutiquam admiserint.

Hæc itaque & paucula quædam alia loca si ex-
peris, manet regula, marginalem lectionem ab
terpretibus & Commentatoribus Ebræis &
nristianis, veteribus & recentibus tanquam me-
rem præferri, quo ipso alteri lectioni divinam

a) ut Iez. 42. 16. Prov. 23. 26.
b) Prov. 19. 7.
c) Ps. 22. 17.
d) Ios. 8. 12.

 autho-

authoritatem manifeste videntur derogasse. Quo
etiam firmatur ex eo, quod, ut supra attigi, Spi
ritus sanctus in posterioribus scriptis, eam lectio
nem, quam in prioribus hodie margines exhi
bent, id est, τὸ Keri, passim ferè approbet, ut i
collatione Chronicorum cum cæteris historic
evidenter apparet.

Sed objiciunt. 1. Si variæ istæ lectiones e
mendosa codicum descriptione ortæ sunt, ac u
earum solùm à Sp. S. dictata, necesse erit mu
tas illarum non errori, sed destinatæ malitiæ
προαιρέσει ascribere. Primò enim aliquoties o
currit לא pro לו ubi nulla similitudo charact
rum. 2. Non potuerunt non de industria var
lectiones induci circa voces illas, quas obscœn
vocant. 3. Nec toties in נַעַר/ 4. Nec in יִשָּׂשכָר
Resp. ad primum, non solum errare potuisse d
scriptores ex similitudine characterum, sed eti
ex vicinitate soni, ut in לא *non*, & לו *ei* & qua
plurimis aliis, item ex indifferentiâ sensus, c
enim in describendo originali, quod nobis fan
liare est, committitur error sensus non læde
eum difficilius observamus. expende hæc lo
Ps. 41. 3. Ps. 89. 18. Prov. 20. 4. Ies. 5. 2
& plurima alia, in quibus nulla Grammatica
Analysis Logica certum te reddet, utra præfer
da, utraque enim quadrat. Addo, in multis
cis ne imperitissimum quidem scribam imping
potuisse, si vocales olim fuissent ascriptæ. Q
modo, quæso te, in pronominibus הוא & ה
toties errassent, si puncta fuissent ascripta? Se
expe

xpende 1.Reg. 7.45. Prov.8.16. in אֹהֲבַי־ה / ubi
ד redundat, ac jam monstrosa vox est. Sin
ɔsque punctis scribas אהבי־ה non ita, potest
nim legi אֹהֲבַי־ד / Ies. 5.29. וְשָׁאַג pro יִשְׁאַג. quod
uod si ascriptæ fuissent vocales, quis dubitasset
ribendum fuisse vel יִשְׁאַג. vel וְשָׁאַג sensu co-
em manente. Atque eadem est ratio infinitorum
iorum, ubi Iod Ethan in ו degeneravit. Quis
nim nescit ו non esse formativam futurorum.
t scriba, codicem sine punctis describens, non
idit absurditatem, sive per Iod Futuri scribere-
ır, sive per vau convertens Præteritum in fu-
ırum.

2. Quod ad voces eas attinet, quas obscœnas
ocant, de iis supra dictum. Quod ad 3. נַעַר /
ım id 21. vocibus sine ה occurrat in Mose, &
gatur cum ה / fateor non videri verisimile, ut
x errore litera ה ablata sit. Quid ergò? Posui
a de re conjecturam meam, ad Gen. 24. 14. ve-
eres nimirum puellam olim vocasse & נערה &
oce communis generis, נער / scribas verò postea
istinxisse, non quidem addendo ה / hoc enim
ıon fuerunt ausi, sed ponendo punctum sub ר /
Quod ad 4. vid. vocem יְרוּשָׁלַם attinet, cum
uinquies tantum occurrat plenè, vid. cum Iod
יְרוּשָׁלַיִם non est verisimile, fateor, tam multis
ocis descriptorum incuria literam Iod excidisse.
Quid ergò? Dicam quod sentio. Vetustius no-
nen esse puto *Ierusalem* sine Iod, quam *Ierusa-
lajim* cum Iod. Firmat hanc meam conjectu-
ram antiquum urbis nomen, unde hoc compo-

 situm

fitum est, *Salem*, & constans scriptura sine Iod quam lectionem etiam Chald. & 70. & scriptore novi T stam. & Hieron. constanter retinuerun Posterioribus autem temporib. dici cæpisse etiar Ierusalaim, forte quod urbs quasi gemina esset superior & inferior, unde hanc plenam scriptu ram cum Iod non invenies, nisi in libris circave sub captivitate Babylonica scriptis, Ex g. Ier. 18 26. 1. Chr. 3. 5. 2. Chr. 25. 1. 1. Chr. 26. 5 Esth. 2. 6. Punctatores verò, ut ubique eadem esset urbis appellatio, eorum sæculo usitata, ubiq easdem vocales subjecere. neque hoc unicum esse puto, in quo usui & pronunciationi sui sæcu. indulserunt. Addo amplius, hoc nomen cum ה paragog. quinquies occurrere, & quidem quate sine Iod, ירושלמה/ quod legunt jam למה olim למה At semel cum Iod, לימה sed in quo libro? eodem Chronicorum, vid. 2. Chr. 32. 9 Cætera quatuor invenies 1. Reg. 10. 2. 2. Reg. 9 28. Ies. 36. 2. Iez. 8. 3. Quin & ex illis locis, ub Iod adest, firmiter concludi hæc lectio per A non potest, quasi ea scriptorum istorum sæculo usitata fuerit, potuit enim illud vel vocalem E indicasse, vel in (..) quievisse.

Object. 2. Periculosam esse hanc confessionem, eaque plùs nimio Adversariis concedi, qui fontes corruptos esse semper clamarunt. Resp. a) *A veritate nullum metuendum veritati periculum. Verum vero semper consonat & manum præbet, nunquam repugnat aut officit. Non ideo obruenda veritas, quod perversi homines eâ abuti conantur.*

a) Author tractatus de genuinâ antiquitate punctorum, Leidæ apud Ioh. Maire, 1654.

sonantur. Fieri aliquando potest, ut alicujus veritatis, quæ sine periculo ignorari potest, cognitio, hominum malitiâ, turbas det. Tum prudentiæ deputari debet, si ea nondum cognita silentio prematur, At nunquam fas est, veritatem jam in lucem protractam impugnare, aut bonâ intentione ei tenebras offundere. In id potius incumbendum est, ut hostem veritate abutentem solidè refellamus. Et quid quæso hic periculi? An inter omnes illas varietates vel unica est, unde Christianæ fidei analogiæ vel pietati ullum detrimentum metui possit? Et unde quæso periculum metuimus fontibus, ut non semper in Ecclesiâ maneant authenticæ tabulæ? An aliunde quam à vulgata Latina, ejusque proxenetâ Rom. Ecclesiâ? Atqui hæc rivalis nihil obtinebit, habeant fontes manipulum unum aut alterum variarum lectionum: vulgata, Antiquitate cum fontibus neutiquam comparanda, habet plaustra. Si solas Editiones *b)* Sixti V. & *c)* Clem. 8. (fuit autem inter eas unius tantum biennii intervallum) conferas, invenies in iis ultra aliquot millia variarum lectionum. Multis in locis Interpres vulg. minus probabilem textus Ebræi lectionem interpretatus est. Hæret ergo in eodem luto, ut nihil jam dicam de manifestis & impiis locorum aliquot in vulg. versione corruptionibus quarum aliquot alibi deteximus. Cavebunt prudentiores pontificii Ebraïcam veritatem hac parte oppugnare, eadem enim operâ contra vulg. disputarent.

b) 1590.
c) 1592. Vide de his Prolegom. nostra in censuram Vulg. Versionis Pentateuchi.

Object. 3. Non est credibile Deum passurum fuisse, Vetus Test. tot locis corrumpi. Resp. Si

ex paucis illis lectionum varietatibus (dico paucis, pro tanta librorum istorum antiquitate, & gentis Iudaïcæ variis & asperrimis calamitatibus & dispersionibus) disputabimus textum Ebręum esse corruptū, quid fiet Novo? in cujus libros & mole, & numero & antiquitate cum V. Test. neutiquam comparādos, tam paucis annis, Varietates numero longè plures, eæq; non solum circa singulares literas, sed & voces integras, hemistichia, versus, irrepsere. Credemusne V. T. Deo magis curæ fuisse quam novum? Nunquid magnum satis illud beneficium est, quod pro cœlesti hoc chirographo ita zelaverit, ut adversus malitiam & perfidiam hominum illud sartum tectum conservaverit, Iudæorumq; animos sic gubernaverit, ut violentas manus in hunc usq; diem adeo constanter ab eo abstinuerint, ut centies mori mallēt (verba Bellarmini) quam Legem in aliquo mutari paterentur? An expostulabimus cum Deo, quod non unâ operâ omnes librarios & Typogr. qui ab ipsis Prophetarū temporibus ad hunc usque diem libris sacris vel describendis, vel excudendis vacârunt, inter describendum & excudendum, ita direxerit, ut, tanquam θεόπνευστοι, ne in minimo quidem apiculo à primo autographo discesserint? Quamvis & hic vigil ille divinæ providentiæ oculus non dormitaverit, dum nullo qualiumcunq; istorum mendorum, vel minimum orthodoxæ fidei pietative detrimentum allatum est, semperq; remanserunt codices, ex quorum collatione aliorum menda reparari potuerunt. Vis exemplum? Tot locis pronomen masc. הוא in fœm. היא/ ob affinitatem

duarum

…uarum istarum literarum, degeneravit. Quia verò antiqua illa fuerunt sphalmata, Masorethæ ex nimiâ religione in contextu nihil mutarunt, sed in margine veram lectionem restituerunt, ejusque propriam vocalem voci, quæ in textu, corruptæ adjecerunt, vid. Masculinum corruptùm sic punctarunt הֹיא/ fœmininum sic הִוא/ docentes illa legenda esse הוּא & הִיא/ Ab hoc mendo præservavit Deus locum Gen. 3. 15. ubi primum de Christo Euangelium, ubi in omnibus Ebraïcis Bibliis, nullo omnino codice excepto, mansit Masc. הוּא cum vau. Manet ergo Deo solida laus, & fontibus debitum æstimium. Omnino enim cavit Deus, ne Iudæorum malitiâ ullibi; aut negligentiâ describtorum temporumve injuriâ, in locis ad fidem moresve pertinentibus inficerentur, id quod a) *Bell. Mariana, Bannes, Senensis, Joh. Isaacus, Arias Mont. Sanderus, Lorinus, A costa, Andradius*, & alii nobis concedunt, ac proinde ne decreto quidem Tridentino, quo vulgata omnibus versionibus præfertur, fontibus vel tantillum derogatum esse plerique eorum nobis persuadere satagunt.

a) Horum testimonia alibi produximus vid. in Prolegom. ad censuram & collationem Belgicorum Bibliorum.

Object. 4. Sic deflorari laudem religiosæ Bibliorum conservationis, quam non solum Patres & nostri, sed & Pontificii doctiores Iudæis tribuunt. Resp. Manet illis debita laus, quod sacrum illud depositum non corruperint. Quod verò eorum librarii in quibusdam locis subinde lapsi sint, temporis longitudo, exiliorum multitudo & duratio, calamitates variæ & asperæ, librorum multitudo facilè excusaverint, præcipuè

si conferamus cum istis librorum N. Test. e
rumque vocalibus non destitutorum, paucitater
temporis, quo variæ Lectiones in id irrepser
brevitatem, & variarum lectionum multitud
nem. Magnam verò & in excessu peccantem e
rum religionem in eo cernere est, quod in tex
nihil mutare, imò ne literam quidem ad eu
addere vel de eo detrahere ausi fuerint. Si qui
mutandum, addendum, vel detrahendum jud
cárunt, id in margine fecerunt, vocalium app
sitione vel detractione variam lectionem in ma
gine collocatam solummodò innuentes, in qu
se non peccasse arbitrati sunt, cum textum voc
libus nudum haberent.

Object. 5. Tot jam annis à Masoretharu
temporibus Iudæi in exilio vixêrunt, variis cal
mitatibus obnoxii, & tamen Biblia conserva
incorrupta. Quod si variæ Lectiones ex men
dosa descriptione & temporum calamitate ort
sint, oportuit numerum earum ab eo tempor
fuisse auctum. At hoc non est factum. Resp
Quod tot jam sæculis numerus variarum lectio
num non increverit, variæ causæ sunt. 1. Es
utilissimus ille Masoræ thesaurus, quam Sepen
Legis non immeritò vocant Ebræi. 2. Quo
postremis his temporibus majorem curam gesse-
rint conservandi textus, quam olim sub Regibu
aut captivitate, cum tam proclives ad idololatriam
essent. Vis ne ejus rei habere specimen? adi
2. Reg. 22. & videbis sub Iosiâ præter unicum il-
lud authenticum legis exemplar, multis annis non
visum, imò quod an in rerum natura esset, ne-
sciebant,

sciebant, nullum aliud in tota civitate Ierusalem fuisse. Videbis illic Legis divinæ lectionem Regibus, sacerdotibus & scribis omnino peregrinam & ad admirationem usq; obsoletam visam fuisse. Melioribus autem temporibus sola ferè Lex Mosis versabatur, ac in pretio erat, (ut & in hunc usque diem apud Iudæos observare licet, ubi cætera V. Testamenti propemodum jacent) quæ causa est, quod ea à mendis melius præservata fuerit. Notat Elias Levita, ex omnibus 848. variis lect. in Lege tantum occurrere 65. in Prophetis 454. in hagiographis 329. Miratur Elias & dicit sibi causas esse incognitas, cur tam paucæ in Lege reperiantur, inter quas 21. sunt circa vocem נַעֲרָ / quas si demas, remanent tantùm 44. cùm in solo Iosua, qui vix decimam partem legis habet, sint 33. & in libris Samuelis 133. Quin illic nulla vox redundans aut deficiens (sicuti in aliis libris) occurrit. 3. Nec omnino verum est, post Masoretharum labores nullas varietates repertas. Quid enim sibi volunt illæ notæ in Venetis magnis, Buxtorf. & Interlin. Ier. 14. 14. item 22. 2. & alibi, ubi variam lectionem non per ק / id est, *Keri*, sed per נ״א / id est, *codex alius*, notârunt. Vide in Explic. Specialium Anomal. nunquid *D. Junius* in suis annotationibus discrepantes lectiones alias à Masorethicis ex antiquissimo Cod. Heidelbergensi notavit 2. Chr. 26. 5. & 35. 3? Annon inter varias Editiones magna & varia discrepantia in vocalibus & accentibus, quam nos suis quoque locis annotavimus? Quò

referes

referes dissensum orientalium & occidentalium, quem Biblia Veneta in fine Masoræ, & ex eâ Cl. *Drusius* in libro de recta Lect. exhibent?

Atque hæc præcipua sunt quæ pro sententiâ illâ vulgò afferri solent, quæ an satis valida sint, docti judicent. Ego hæc Reformatarum Ecclesiarum judicio & censuræ subjicio, neutiquam tergiversaturus ea retractare, si quis certius & verius aliquid ostenderit. Mihi illud fuit propositum, juventutem à talium admiratione, aliosque à curiosa & supervacanea indagatione ad meditationem & piam considerationem eorum quæ revelata sunt, revocare.

De Praxi & Exercitatione Grammatica.

QUemadmodum in Dialecticâ & Rhetoricâ, ita & in Grammaticâ non satis est artis præcepta didicisse, Exercitio opus est, & quidem iis, qui etiam Ebraicè scribere cupiunt, duplici, Analyseos & Geneseos. Cæteris, quibus id solum propositum est, ut Ebræa intelligant, solum Analyseos sufficit. Ea causa est cur id quoque solum studiosis in consilio commendaverim. Instituet autem hoc exercitium juxta ordinem Grammatices. Et vocis obviæ primo Etymologiam, deinde Syntaxin considerabit. Etymologia in vocibus singulis ita considerabitur, Primò singulas literas examinabit juxta cap. 1. Deinde syllabas juxta cap. 2. Tertiò totius

vocis communes affectiones considerabit, vid. accentum & notationem cap. 3. videbitque an sit vox prima an flexa, simplex an composita. Postea quæret an sit vox numeri an sine numero. Si vox numeri, an nomen, an verbum. Si nomen, an sing. pl. vel duale, Masc. an fœm. primæ vel 2. declinationis, an analogum vel anomalum, an deniq; pronomen, prout docetur cap. 4. 5. 6. 7. 8. Si verbum, an sit præt. vel fut. an Partic. vel Infin. an sit anomalum vel analogum, ad quem ordinem referri debeat, an sit conjug. gravis vel levis. Quod si nomen verbale sit, ad quam formam reduci debeat, &c.

Syntaxis autem in singulis vocibus, sed magis in totâ oratione aut integrâ sententiâ sic indagabitur. Si nomen sit, videbit quo modo cum alio nomine conveniat, an syntaxi convenientiæ an vero Rectionis. Quid illi in tali constructione accidat, an vocales mutet, an Ellipsin, Pleonasmum, Enallagen vel aliam aliquam anomaliam patiatur. An deniq; plane regularis sit ejus constructio, sicut traditur lib. 2. cap. 1. Si pronomen sit, quid illi accidat, ad regulas cap. 2. examinabit. Si verbum sit aut nomen cum verbo constructum, ad regulas cap. 3. revocabitur. Ad caput 4. examinabitur verbum cum pronomine constructum. Adverbij autem (sub quo & præpositio) generalis cum qualibet voce, & in specie cum nomine constructio cap. 5. De Syntaxi adverbij cum pron. cap. 6. cum verbo aliisq; adverbiis cap. 7. docetur. Anomala adverbij constructio cap. 8. proponitur. Syntaxin conjunctionis ejusque anomaliam cap. 9. habes. Restat consideratio Pausarum & periodorum distinctio, quorum

tractatio

tractatio reliquis capitibus abſolvitur, vid. decimò, ſi analoga ſit pauſarum collocatio; undecimo, ſi anomala. Conſiderabit an integra ſententia, an verò pars ejus diſtinguatur, an regiæ ſint Pauſæ, an miniſtræ, &c. Sic integræ ſententiæ propoſitæ examen abſolvetur. Quod ſi vero occurrat ſpecialis aliqua anomalia, eam in hac coronide invenies.

EXEMPLI GRATIA;

Jeſ. V. 22.

vinum bibendum ad potentibus Væ
הוֹי גִּבֹּרִים לִשְׁתּוֹת יָיִן
ſiceram miſcendum ad roboris viris &:
וְאַנְשֵׁי־חַיִל לִמְסֹךְ שֵׁכָר

הוֹי] hoi. ה *conſona, aſpiratio ſimplex, 1. 1. 18. holem quarta vocalis longa, &c. Jod conſona, &c. Syllaba unica eſt, deſinens in conſonam, ac proinde à parte poſteriori compoſita, 1. 2. 5. adhibetur autem hic vocalis longa, quæ non poſſet per çeva ſubintellectum ad ſe trahere literam ſequentem, atque ita ſyllabam a parte poſt. compoſitam conſtituere, niſi fulta eſſet accentu nativo, 1. 3. 2. Dixi ſyllabam hanc deſinere in conſonam, Jod enim hic quaſi-diphthongeſcit, 1. 2. 9. Accentus ſakeph gadol (2. 11. 4.) occupat locum accentus nativi. Eſt vox prima, flexa, ſine numero, adverbium.* SYNT. *Adverbij cum nomine 2. 5. 31.*

גִּבֹּרִים ETYM. *De literis non monebo amplius. Syllabæ 3. Prima* Gib, *deſinens in conſonam,* ג *cum hirik p.* Gi, *cum autem hoc hirik ſit vocalis brevis, neceſſario ad ſe trahit conſonam ſequentem, quod*

hic ſit

ic fit per Dages, illud hic duplicat literam. Dages enim est symbolum confusionis duarum consonarum in unam, separantur tamen syllabis, 1.2.26. Distinguitur a. hoc Dages à puncto sex tenuium (vulgo Dages leni) quod ponatur immediatè post vocalem, Ibid. §. 27. Secunda syllaba בּוֹ / desinens in vocalem longam, simplex, 1.2.3. Tertia רִים im, syllaba in consonam desinens, mediante vocali longâ, idque beneficio accentus nativi, 1.3.2. Vox acuta est, accentus Tipcha supplet locum accentus nativi. Est vox flexa, simplex, numeri, plur. finita, nomen, Declin. 1. Masc. gen. analogum, singulare est גִּבּוֹר / Th. est גָּבַר / Estq; verbale conjugationis Phiel, lib. 1. cap. 15. form. 9.

לִשְׁתּוֹת Etymol. Duæ syllabæ, prima liç, cum hirik p. li cumque istud hirik rursus sit vocalis parva, non potest absolvere syllabam, trahit ergo ad se literam sequentem, ut fiat syllaba in consonam desinens, ac proinde à parte posteriori composita, liç, Ea compositio fit per çeva, quod hic claudit syllabam, 1.2.13. Altera est תּוֹת θωθ, ת cum holem, θω, vocalis longa debebat absolvere syllabam, 1.2.5. sed quia fulcitur accentu nativo, potest fieri syllabæ a parte posteriori compositio, & fit hîc per çeva subintellectum, 1.2.9. Vox est flexa, composita ex ל & שְׁתּוֹת / ל est vox sine numero, inseparabilis, 1.3.18. & 1.37.3. שְׁתּוֹת vox flexa, simplex, numeri, infinita, verbum, formæ activæ, primæ conjug. levis, anomalum, ut גְּלוֹת 1.32.17. Th. שָׁתָה /

Syn-

SYNTAXIS *est præpositionis cum verbo, & quidem infinito, 2.7.6.* ל *quidem ordinariè notatur çeva, 2.5.3. sed ob sequens çeva sub* שׁ */ convertitur in hirik, 1.2.7.*

יָיִן vinum. ETYMOL. *Duæ syllabæ,* ja-jin, *vox penacuta, locum accentus supplet Athnach. Vox est prima, simplex, numeri, sing. finita, nomen Declin. pr. Masc. gen. Anomalum, caret enim plurali, 1.6.33. In contractione est* יֵין *1.6.27.* SYNT. *regitur à præcedenti voce, est autem Ellipsis articuli* אֵת *2.8.3. Accentus major Athnach perfectam sententiam concludit, & plenè distinguit partem primam versus à secundâ, 2.10.3: mutatq; insuper phathach primæ syllabæ in (ָ) 2.10.4. in fine. Extra pausam enim esset* יַיִן */*

וְאַנְשֵׁי ETYMOL. *çeva sub* ו *inchoat syllabam 1.2.10. & necessario interserendum E rapidum inter* U *& syllabam* An. *Est ergo syllaba in consonam desinens, id est, à parte post. composita, quæ rursus à parte anteriori componitur, 1.2.5. çeva sub nun claudit syllabam, 1.2.13. Jod quiescit in Tseri, ac proinde syllabam non componit, 1.2.9. Vox est sine accentu, propter Maccaph, 2.10.14. Vox est composita, vid. ex* ו *voce sine numero, conjunctione inseparabili, 1.3.18. & 1.38.2. & nomine* אַנְשֵׁי */ pl. num. Declin. pr. masc. gen. contracto, & quidem contractione secundariâ, 1.6.28. Absolutum est* אֲנָשִׁים */ prima contractio* אַנְשֵׁי */ secundaria* אַנְשֵׁי */ Est autem anomalum, Sing. enim est* אֱנוֹשׁ *1.6.32. Th. est* אָנַשׁ ærumnabilis fuit.

Nobilis-

Nobilissimis creaturis, & inter eas homini, vilissi-
ma nomina Deus imposuit, tanquam fræna superbiæ,
& humilitatis documenta. Sic & אָדָם homo, *ab*
adama, *id est, humo. Sunt quidem & alia ani-*
mantia ab humo, sed quia nec indigent istis docu-
mentis, nec capiunt, ideo ab humo non sunt deno-
minata. Synt. *conjunctionis cum nomine, 2. 9. 1.*
Ad plenam autem sententiam repeti debet הוֹי *ex*
primo membro, & [væ] viris, *&c. Vox verò po-*
sterior אַנְשֵׁי *regit sequentem* חַיִל *syntaxi rectionis,*
2. 1. 18, ac propterea contractio secundaria adhibe-
tur, §. 19. Jungitur insuper cum eâ per Maccaph,
ut dictum, quod tamen non corripuit hîc ultimam
vocalem, 2. 10. 16.

חַיִל Etymol. *Vox similis superiori* יַיִן */ nisi*
quod hic non sit pausa, unde manet (-) sub ח */ &*
quod pluralem habeat, licet anomalum, 1. 6. 18.
Synt. *De eâ jam dictum. Est autem Genitivus*
adjuncti, 2. 1. 43. quod est adjectivi loco, 2. 1. 20.

לִמְסֹךְ *vox flexa & composita, ut* לִשְׁתּוֹת *quod*
supra habuimus. מְסוֹךְ *Infin. Kal, analogum, ut*
פְּקוֹד *à themate* מָסַךְ */ unde Lat.* Misceo, *Germ.*
mischen. *Significat 1. potum, ex more calida-*
rum istarum regionum, aqua miscere. 2. potum sic
mixtum infundere vel in poculum, vel ex poculo in
ventriculum, quomodo hic accipitur. Synt. *Ea-*
dem ut supra.

שֵׁכָר */* Etym. *Duæ syll.* שֵׁ *cum (‥) çe, voca-*
lis longa absolvit syllabam, 1. 2. 3. chaph cum (ָ)
cha, *trahitque ad se literam sequentem* ר */ ut sit syl-*
laba à parte post. composita chaar, *quod fieri non*

potuisset, (camets enim est vocalis longa) nisi fult esset accentu nativo. Fit autem illa compositio p ςeva subintellectum, sub ר / At supra in לְמַסְּךָ ad bibebatur expressum, 1.2.9. Est vox flexa, sim plex, numeri, sing. finita, nomen, primæ Declin. Masc. gen. carens plurali, 1.6.33. ac proinde anc malum, licet 1.6.15. exempli causâ formetur i plur. numero. In statu contracto שְׁכַר *1.6.24. Th est* שָׁכַר inebriatus est, *significat omnem potum in ebriantem, etiam vinum includens.* LXX. *vocem Ebr. aliquando retinuerunt,* σικερα, *quod etiam Luc. 1.15. extat.* SYNT. *Eadem quæ supr vocis* יָיִן / *Pausa regularis Siluk (quæ simul quoqu locum nativi accentus occupat 2.10.1.) impon. hîc finem perfectæ sententiæ, & periodus vocatur 2.10.3. Ad hunc modum Tyro se aliquandi. exercebit, sive calamo, sive linguâ.*

Verbum addam de Genesi, quam sic instituet quisquis accuratiorem Ebraïsmi notitiam desiderat Vertet aliquando ex Græcis Latinisve aliquam sen tentiam. Quod si vocalis magister non adsit, sib ipsi præceptor erit, hoc modo: Vertet aliquid e: Latina versione Veteris Test. Illud postea confe rat cum originali textu. Ita si consuluerit Gram maticam & Lexicon, errata sponte se in judicium ejus ingerent.

PERORATIO.

AGite ergo studiosi adolescentes & in sanctis sima hæc studia diligenter incumbite: vestra ætas linguis discendis maxime idonea & accom-

modata

odata est. Vos præstabitis ἀπόνως, *quod prove-iores vix* ἐπιπόνως. *Ita enim summus ille re-um arbiter humana ingenia disparavit, ut quæ ferè l res abstrusiores capiendas sunt inepta, ad linguas scendas sint maxime accommodata. Liceat mihi os alloqui verbis magni istius Lutheri*, sæpe mo-ui, *inquit*, ut Ebræam linguam disceretis, nec ım ita negligeretis. Etsi enim ejus linguæ nul-ıs alius esset usus, tamen pro gratiarum actione iscenda erat: quod pars quædam religionis & ıltus Dei sit, eam linguam docere vel discere, ıæ sola, quicquid unquam divini est, docet. uditur enim in ea Deus loqui, audiuntur sancti ıvocantes & maximas res gerentes, ut studium ıod in hanc linguam discendam impenditur, lissa quædam seu cultus Dei meritò vocari pos-t. Quare seriò vos hortor, ne eam negligatis; ericulum enim est, ne Deus, hác ingratitudine ffensus, privet nos, non solùm cognitione hujus ınctæ linguæ, sed & Græcæ & Latinæ & totius eligionis. Quàm facile n. ei est excitare bar-arum aliquem populum, ut hæ linguæ unà in-reant? Sed præterquam quod pars cultus divi-i est hoc studium, continet etiam maximam uti-tatem. Si enim aliqui futuri sunt Theologi, cut necesse est, neque enim omnes Iura aut Medicinam discemus, oportet eos esse munitos ontra Papam & aliud odiosum hominum vul-us, qui cum unam Ebræam vocem sonare didi-erunt, statim putant se magistros hujus sanctæ inguæ esse. Ibi nisi eam nos teneremus, tan-

* Lutherus in comment. ad Ps. 45.

quam asinis illudent & insultabunt. Si auten nos quoque muniti fuerimus cognitione huju linguæ, poterimus eis os impudens obstruere Sic enim Diabolo & ejus ministris resistendun est. Arbitror enim nos habituros religionis no stræ hostes, Hispanos, Gallos, Italos, &c. Ib autem cognitione Ebrææ linguæ opus erit. Scio enim quantum mihi profuerit contra hostes meos Quare hac quantulacunque cognitione infiniti aureorum millibus carere nolim. Et vos quoque dabitis operam, qui aliquando docebitis religionem, ut hanc quoque linguam discatis, si non pecora campi & indoctum vulgus haberi vultis quod editis Germanicis libellis adjutum, ut cunque Dominicalia & Catechismum docet, &c *hactenus* B. Lutherus. *Qui si jam vivere. & laudabilia Belgicarum Synodorum super hac r decreta legeret, graviori, scio, oratione Saxonica Ecclesias alloqueretur atque ad Belgicarum imitationem proculdubio hortaretur. Et quidem Synodi Frisicæ decretum, anno 1624. conditum Paranesis mea, quam Grammaticæ præmisi, exhibuit. Nunc verò addam decretum aliud, quo superius illud hoc anno 1625. confirmatum est astrictúmque amplius.*

APOGRAPHUM EX ACTIS SYNODI Frisicæ habitæ Doccomii 1625.

Quod ad decretum Synodi Harlinganæ attinet, super studiosis Theologiæ, quo cautum est, ne illi in

li in posterum ad Examen admittantur, nisi in Ebrææ & Græca lingua mediocriter versati sint, Fratres hujus Synodi, auditis expensisq; rationibus .... in contrarium productis, neutiquam censent is ejusmodi esse, ut propterea laudabile illud decretum mutari debeat, quin contra judicant, admodum ædificativum, necessarium & utile esse, ut ei inhæreatur, utque illud quam diligentissime & maximè serio observetur, addentes hoc interpretamentum, decretum istud pertinere non ad eos solummodo, qui recens ex Academiis venientes ad Examen admitti desiderant, sed ad omnes qui studuêre, etiamsi annum aut amplius extra Academiam, aut vitam privatam vixerint, aut scholasticum pædagogicamve functionẽ obierint. Quod verò d Idiotas attinet, præsens Synodus nihil derogat omnis decretis, quæ super isthoc negotio, tam in Nationalibus, quam hujus Provinciæ Synodis ante ac condita sunt. In originali subscripserant

PHILIPPUS EILSHEMIUS
Ecclesiastes Harling. Synodi Præses
& WIBRANDUS HOMMIUS,
Synodi Scriba.

Salvete piæ animæ quotquot sanctum hoc negoum promovistis. Vidistis jam vestræ pietatis fructus, dum vestrum exemplum vicinæ Synodi imitatæ int & fulgentissima Ecclesiarum lumina vobis hunc nimum gratulantur. In cujus rei documentum itis mihi erit Veterani & suo merito venerandi Theologi judicium hic apposuisse.

Apographum Epistolæ
Rev. Viri, D. Doct.
FRANC. GOMARI
ad Synodum Frisicam Doccomii congregatam datæ.

Salutem & pacem à Deo Patre per I. Christum.

QVAMVIS aliquâ locorum intercapedine (reverendi Patres) dirimamur, arctissima tamen communionis sanctorũ sub eodem Christo capite necessitudine devincti sumus: adeo ut seriò non solum cum dolentibus dolere, sed cum gaudentibus etiam gaudere jubeamur. Quocirca dissimulare sine ingratitudine non possumus, quantâ meritò lætitia perfusi simus, postquam nobis præclara virtus vestra innotuit: quod gravissima atque utilissima D. AMAMÆ Paræne si confirmati, in Examine Candidatorum Theol. & Græcæ & Ebrææ linguæ rationem habendam sanctissimè & prudentissimè (Gallicarum Ecclesiarum more) statuistis. Alioqui enim verendum erat, ne quemadmodum sacrarum illarum linguarum studiis, patrum nostrorum memoriâ, suscitatis, simul veritas pene sepulta emergere cœpit ac caput attollere; ita contra studiis hisce neglectis, in pristinam barbariem & veritatis jacturam relaberemur. Gratulor igitur vobis, Patres Reverendi, insignem illam Pietatem ac prudentiam, quod Ecclesiæ Dei (quam sanguine suo acquisivit) laboranti ac ruinam minitanti, salutarem statuti vestri manum primi in Belgio subjecistis. Quo fiet ut S. Theologiæ studiosi, qui ad ministerii

Euan-

ıuangelici munus aſpirant, recto ordine proce-
iant, ſcripturamq; non per ſolam variæ interpre-
ıtionis tranſennam eminus aſpiciant, ſed eam pe-
itius intueantur ac ſcrutentur, ſanctarum lingua-
um ſubſidio adjuti. Quo modo & certius veri-
ıtem docere & eruditis adverſariis occurrere,
raque iis obturare valebunt. Qua in re non ſo-
ım reliquis Belgii Eccleſiis æternâ cum veſtra
rocerumq; Phryſiæ laude præluxiſtis: ſed etiam
eſtro exemplo tam auſtralem quam Borealem
Iollandiam inflammaſtis, ut D. AMAMÆ hor-
ıtioni (graviſſimis rationibus ſubnixæ) locum
arent, veſtrumque decretum, ſine invidia, ſincerè
d Eccleſiæ emolumentum Deique gloriam imi-
ırentur. Quod uti fratres Geldros ſecuturos non
vibus literarum indiciis arbitramur; ita nuperæ
roninganæ Synodi, menſe Majo, conſenſionem
veſtro & Hollandiæ decretorum ductu) meritò
ceſſiſſe corã cognovimus ac comprobavimus.
deo utile eſt, pio & laudabili inſtituto præire,
iiſque comiter viam demonſtrare! Nec pietatem
lummodo, ſed prudentiam etiam veſtram ſingu-
rem vobis gratulamur. Quippe, ut rem hone-
iſſimam utiliſſimamque decreviſtis, ita factu non
ifficilem, dilatâ illius in annum integrum obſer-
atione, omnino reddidiſtis. Nam quemadmo-
um Themiſtocles licet adultior (ut Plutarchus
ıemorat) cum Rege Perſarum de rebus gravibus
cuturus, anni ſpacium diſcendæ linguæ Perſicæ
oſtulavit, ut regis verba intelligere certius & ei
ſpondere tutius, ſine interprete valeret, idque
o intervallo eſt aſſecutus: ita & vos prudentiſ-
ſimè

ſimè Candidatis Theologiæ, ut Deum Regem in S. Literis loquentem aliqua ratione intelligerent annum indulſiſtis. Pergite igitur veſtrâ illâ virtute & conſtantia Eccleſiam ſtabilire. Ita Deus optimus Pater vos omni gratiæ ſpiritus ſui cumulo augeat & conſervet per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Valete Reverendi Patres, & meam hanc gratulationem obſervantiæ erga vos & amoris meï erga Eccleſiam teſtificationem, pro ſolitâ humanitate veſtra boni conſulite.

Groningæ 4. Iunii CIↃ IↃ CXXV.

Subſcriptum erat, Veſtrûm obſervantiſſimus

FRANCISCUS GOMARUS

Errata & omiſſa.

In Prolegom. ab ipſo titulo libri ſupputando, pag. 24 lin. 12. lege לְדוֹר דוֹר / p. 29. lin. 9. lege, diſputant, p. 3[illegible] lin 15. lege, megilla. In ipſa coronide p. 42. lin. 9. del[illegible] CAP. XXI. p. 63. ad cap. 18. Adde, verſ. 23. וַיְּסַבּוּ pro וַיָּ Fut. 2. hiphil à סבב / pag. 77. ad cap. 15, adde, verſ. 37 הָעֲרָה / in Regim. retinet (׃) contra regulam 1.6.26. Si[illegible] & 1 Reg. 4. 5. At 2. Sam. 16. 16. eſt analogum. Alibi non extat in Regim. p. 123. ad Pſ 65. adde, verſ. 6. מִבְטָח / in Reg. retinet Camets contra regulam.

F I N I S.

EXPLICATIO

specialium Anomaliarum rarius occurrentium, juxta ordinem librorum V.T. qui observatus est in Bibliis Interlinearibus.

Ubi tres numeri occurrunt, prior librum Grammatices; secundus, caput: tertius paragraphum notat.

GENESIS.

Caput I.

VErs. 1. בְּרֵאשִׁית, Ad literam ב notarunt Massoritę 'ב' רַבָּתִי ב Beth majusculum. Ajunt ideo adhibitum, ut sublimitas & magnitudo operis creationis indicaretur.

Vers. 21. לְמִינֵהֶם, Aliis est singulare, juxta speciem suam, ac tunc imitabitur formas 2.2.20. quasi esset à מִינֶה. Aliis verò est plurale, *juxta species suas*, cum defectu Iod, 2.2.9. Singul. usitatum est מִין.

Vers.22. יִרֶב Vide 1.32.12. Et nota esse sine vau conversivo: Rara enim est hæc Apocope sine Vau prædicto.

Verſ. 24. וחיתו vide in Grammat. indi
cem Alphabeticum pag. 235.

Caput II.

Verſ. 4. בְּהִבָּרְאָם, Ad literam ה nota
tum in margine, ה' זעיר, *He parvum*, Et ſi
in accuratiſſimis codicibus pingitur. Di
vinant Ebræi ideo adhibitum characte
rem minorem, ut indicaretur, fore, u
omnia creata minuantur & intereant, &
ut litera ה conſtat ex lineis diſſolutis &
ab invicem ſeparatis, ſic creata cuncta
diſſolutum iri. Alii alia, quæ vide apu
Merc. Buxtorf. & alios.

Verſ. 7. וַיִּיצֶר, Cur ſegol ſit ſub צ, vid
in Addit. ad Grammat. p. 228. §. 2.

Verſ. 19. וַיִּצֶר cum defectu Jod 1. 10. 21
Atque ita ſemper occurrit, excepto unic
loco, ℣. 7. ubi de creatione hominis ag
tur. Notârunt autem Ebræi, illic no
ſine causâ vocem illam plenè ſcriptam
cum duobus Jodin, וַיִּיצֶר, hic verò, ub
de creatione beſtiarum ſermo eſt, defe
ctivè, id eſt, cum unico Jod exaratam
Duo Iodin, inquit R. Salomo, *duo ſæcul*
notant, præſens & futurum. Homo auten
conditus eſt ad utrumq; ſæculum, Beſtiæ a
præſens ſolummodò. Hæc arguta magi
ſun

int & ingeniosè excogitata, quam soli-
a, ut & illud quod ad ℣. 2. notarunt.
cribitur illic תולדות *generationes* plenè,
ım duplici Vau. Massora notat בימלאים
דמ, duo sunt utrinque plena. Alterum
xtat Ruth. 4. 18. Cætera defectiva sunt,
el enim sic scribitur תולדת, vel sic תלדות,
ationem hanc reddit R. Isaac Caro, *cum*
Deus creasset mundum, non erat Angelus
mortis. Ex quo autem peccavit homo, fecit
Deus, ut Mors imperium in mundum habe-
ret, decurtaretq; omnes generationes. At
cum venisset Phares (Ruth. 4.) *factæ sunt*
generationes ejus plenæ, quia Messias ex eo
procreandus erat, & Dominus absorpturus
mortem, &c.
Vers. 23. לֻקֳחָה pro לֻקְ 1. 2. 21. præt. phual.

Caput III.

Vers. 12. הוּא 1. 8. 3. videtur ea scriptura
orta ex affinitate characterum.
Vers. 16. הַרְבָּה, Infin. Hiphil pro הַ
. 34. 10.
Vers. 21. כָּתְנוֹת tunicas, puto esse à sin-
gulari jam obsoleto כְּתָנָה, Alii referunt
ad 1. 7. 14. cum magna anomaliâ.

Caput IV.

Verſ. 4. וּמַחְלְבֵיהֶם 2. 2. 9. Pagninus ta-
men ait in quibuſdam codicibus legi cum
Jod, בֵּי.

5. יִשַּׁע 1. 32. 12.

16. וַיֵּצֵא accentus rejectus ad penulti-
mam, ex regulâ 2.11.8. ne id vau conver-
ſivo aſſcribas.

23. שְׁמַעַן 1. 10. 11.

Ibidem הַאֲזֵנָּה *auribus percipite*, Fu-
primum Hiphil, pro הַאֲזִנָּה ab אֹזֶן *auri*-

26. הוּא pro לוֹ, Enallage caſuum.

Caput V.

Verſ. 6. חָמֵשׁ שָׁנִים, Sic quoque ÿſ. 7.
11. 14. 15. & alibi paſſim cum fæminin-
numeralibus conſtruitur. Referendum
ergo illud שָׁנִים ad 1. 7. 22.

Caput VII.

Verſ. 23. וַיִּמַח ſi ſine Dages legatur in מ
erit Fut. Kal. 1.32.12. Si vero cum Dages
וַיִּמַּח, erit Niphal 1. 32. 27. Variant hîc co-
dices.

וַיִּשָּׁאֵר penacutum eſt in emendatiſſi-
mis libris.

Caput VIII.

Verſ.7. יְבֹשֶׁת, Nomen eſt à יָבֵשׁ, ut יְכֹלֶת
otentia, a יָכוֹל quæ alii ad Infinita Kal a-
omala referunt.

Verſ.10. וַיָּחֶל penacutum, *& expectavit*,
ut. 2. Niphal pro וַיִּיָּחֶל, quod extat ỷ.12.
uod ex paradigmate eſſet, יִיָּחֵל, à Th.
יָחַל, vide cap. 18. lib. 1.

Verſ.17. הוֹצֵא educ. Ita ſcriptum inve-
erunt. In margine, הַיְצֵא ק .i. קְרִי *Keri*
gitur הַיְצֵא Varia lectio eſt, quæ à
militudine literarum ו & Jod ortum
ium habet.

Verſ.18. וַיֵּצֵא ut ſupra cap. 4. 16. Ibi
ejectus fuit accentus ad penult. ob ſe-
uentem diſſyll. penacutam: hîc ob ſe-
uentem monoſyllabam cum accentu,
. 11. 8.

Caput IX.

Verſ.2. חִתְּכֶם pavor veſter, ex abſ. חַת
eferri debet ad 1. 6. 8.

Verſ.14. בְּעַנְנִי *in obnubilando me*, Infin.
hiël cum affixo, pro בְּעַנֵּנִי.

Verſ.24. וַיִּיקֶץ ut ſupra וַיִּיצֶר Geneſ.2.7.

CAPUT XI.

Verſ.7. נָבְלָה *confundamus*, Fut. 2. K
cum ה parag. pro נָבְלָה ut נָסוּב 1. 25.
Thema eſt בָּלַל /
Verſ.9. בָּבֶל pro בַּלְבֵּל, *σύγχυσις*, *confu-
ſio*. Euphoniæ gratiâ extritum eſt prius ל
ut in Golgotha poſterius.
Verſ.30. וָלָד filius, vau pro Jod.

CAPUT XIII.

Verſ. 5. אֹהָלִים eſt plur. à ſing. analog
אֹהָל formæ אוֹצָר 1. 11. 2.
Verſ.9. אַשְׂמְאִילָה Fut. 2. hiphil cum ה
paragog. pro אַשְׂמִיל, à themate שְׂמאל ſin
ſtra, ubi א quieſcens eſt pro vau.

CAPUT XIV.

Verſ.10. הָרָה in montem, pro ה 2.8.

CAPUT XV.

Verſ.2. אֲדֹנָי יְהוִה, De priori voce vid
Gramm. 1. 6. 14. occurrit in Bibliis קלד i
eſt, 134. vicibus. ſeptem ex illis ſunt La
donai, & tria Vadonai, Ex Maſorâ. D
poſteriori prolixius agetur in diſcurſu no
ſtro de nomine Tetragrammato.
Verſ. 14. יַעֲבֹרוּ accentus Tipcha ſub
reduci

educit ſjeva in holem. 2. 11. 2.

Caput XVI.

Verſ. 4. וַתֵּקַל 1. 25. 16.

Verſ. 10. הַרְבָּה, ut ſupra cap. 3. 16.

Verſ. 11. וְיֹלַדְתְּ, Aliis eſt compoſitum ex præterito & Participio Kal. Poteſt etiam referri ad formam quadratam, 1. 14. 12.

Ibid. עָנְיֵךְ, Ita codices quidam ſcribunt cum Jod redundante, de quo tamen in Maſorâ ſilentium.

Verſ. 12. *Et ipſe erit* פֶּרֶא אָדָם qui vertunt *ferus homo*, excipiunt à regula 2.1.4. Sed nulla neceſſitas. Statuamus potius Ellipſin literæ chaph ante *Phere*, *eritq́ homo* [*tanquam*] *onager*, aut literæ ב ante אָדָם cum Chaldæo, *Et ipſe erit ferus*, vel *rebellis inter homines*, vel cum geminâ Ellipſi, *erit* [*tanquam*] *onager* [*inter*] *homines*. Utrumque enim vox Ebræa denotare poteſt. Et Chaldæi codices variant, dum alii legunt עריד alii מרוד, Si reddas, *ferus inter homines*, poterit etiam referri ad regulam 2. 5. 21.

Verſ. 13. רֳאִי, *Viſionis*, eſt nomen formæ 13. cap. 33. lib. 1. & addi debet ad exempla adducta §. 3. pag. 125. vide Addi-

tiones pag. 227. At רֹאִ׳ in sequentibu
Participium est cum affixo, à רָאָה vidit
Vers. 15. שֵׁם־, Mass. *omne* שם *est cum Kamets* (parvo, id est, tzeri) *exceptis sex quæ habent segol.*

Caput XVII.

Vers. 1. וֶהְיֵה 2. 9. 2.

Vers. 4. אַב, Bis, & quidem hoc tantùm capite, occurrit pro אֲבִי in Regimine ab אָב.

Vers. 17. וַיִּצְחָק, Massora notat hoc unum esse ex 12. quæ in hoc libro non mutant Pathach in Athnach ex regula 2. 10. 4.

Vers. 26. נִמּוֹל circumcisus est, Præt. Niphal pro נִמַּל à נָמַל 1. 10. 32.

Caput XVIII.

Vers. 2. וַיִּשְׁתַּחוּ 1. 36. 5.

Vers. 9. אֵלָיו, Extra ordinem punctatum est supra איו, Sic & cap. 16. וּבֵינֶיךָ, ubi punctum supra Jod. Tales voces XV numerant Massoritæ, de quibus videndus Cl. Buxtorf. in Grammat. cap. 5. & in Tiberiade, Comm. Mass. cap. 17.

Vers. 13. זָקַנְתִּי, unum ex XI, quæ in Genesi retinent Phathach in Siluk.

CAPUT XIX.

Verſ. 2. הִנֵּה ecce, non ſcribitur amplius cum ſegol.

Verſ. 8. הָאֵל, *illis*, 1,8,7. Maſſora notat octies reperiri in ſenſu profano. Alias ſemper ſignificat *Deus*, ὁ Θεός.

Verſ. 23. צֹעֲרָה in ſoar, ה locale 2.8.6. planè ſecundum regulam, ut גֹּרְנָה accentu in penultimâ. Ergo vides puncta rapta non conſtituere ſyllabam, ut & ſuprà 18. 6. הָאֹהֱלָה, Sic & Exod. 18. 7.

Verſ. 33. וּבְקוּמָהּ, Et hoc extra ordinem punctatum eſt. Nugantur hîc Ebræi. Vetus tamen eſt hæc punctatio & ab Hieronymo agnita, Sic enim ille in Quæſt. in Geneſin, *Appungunt deſuper, quaſi incredibile, & quod rerum natura non capiat, coire quempiam neſcientem.*

CAPUT XXI.

Verſ. 6. יִצַּחֶק, Fut. 2. Kal, pro יִצְחַק.

Verſ. 11. וַיֵּרַע, Futurum 2. Kal, non à רוּעַ ut in Bibliis Interlin. notatur, ſed à רָעַע, ut יֵרַע à יָרַע 1. 10. 22.

Verſ. 14. חֵמַת *urceum*, pro חֵמֶת, ut ℣ſ. 15. & 19.

Verſ. 16. כִּמְטַחֲוֵי *ſicut jaculantes*, ut qui

jaculantur, quantum ſagittarii à ſcopo abeſſe ſolent, כ eſt adverbium inſeparabile, reliquum eſt participium præſen Piel, plur. in ſtåtu contracto, cum י Epenthetico à טָחָה, Eſſet מְטַחִים, dages abſorpto, 1. 35. 8.

Verſ. 28. כִּבְשׂוֹרֶת, in Regim. ex כְּבְשׂוֹרָה 1. 7. 4.

Ibid. לִבְכֹּתָהּ pro לִבְכֹּת, quod extat ℣ſ. 29 cum ה paragogico, 2. 2, 7.

Caput XXII.

Verſ. 17. הַרְבָּה ut Gen. 3. 16.

Caput XXIII.

Verſ. 2. וְלִבְכֹּתָהּ, Scribitur cum parvo Chaph in libris accuratioribus. Baal Turim notat ideo adhibitum, quod parum fleverit Abraham: Erat enim vetula. Nugæ. Buxtorfius aliam rationem tradit, eâ vid. doceri, planctum & luctum propter mortuos viris minuendum eſſe, ne modum excedat, luctumque ipſius Abrahami cum moderatione fuiſſe.

Verſ. 7. וַיִּשְׁתַּחוּ, 1. 36. 5.

Caput XXIV.

Verſ. 14. הַנַּעַר, Maſora notat legi, הנערה

הַנַּעֲרָה. Et ad Gen. 34. 12. *Ubique in lege legitur defectivè sine* ה *præterquam* Deut. 22. 19. cujus versus initium ibi memoratur. Bis & vigesies occurrit in Lege, & semel tantum plenè, loco jam indicato. Nugas solummodo hîc afferunt Judæi. Quid si dicamus, נער olim communis generis fuisse, posteriores autem Ebræos in punctatione distinxisse. Expende Lector.

Vers. 20. וַתְּעַר, Futurum 2. Phiel, cum Apocope τῆς ה, pro תְּעָרֶה, 1.35.6. Nota tamen in Apocope esse צ ac si in pleno sequeretur Dages.

Vers. 26. וַיִּקֹּד, 1. 25. 9.

Vers. 33. וַיִּישַׂם, Ita scribitur in interlin. At in Venet. & Basil. melius וַיּוּשַׂם, Ecce duplex lectio, quarum ea quæ in textu cum gemino יי vitiosa, saltem minus commoda; ea verò quæ in margine וַיּוּשַׂם cum וי analoga, hanc ergo etiam in textu indicare voluerunt Masoritæ, dum in secundo Jod posuerunt punctum, ut docerent pro Jod legendum esse vau, planè ut in margine scriptum est. sic dico, cum in pluribus codicibus invenirent יי, piaculum se commissuros putarunt, si in textu quippiam mutarent. Tamen quia scripturam illam de mendo suspectam habue-

habuerunt, punctatione illâ ostensum voluerunt, quomodo legendum esset, ac denique in margine consonantes ita collocarunt, uti punctationis ratio requirebat. Eadem est in aliis ratio. Est autem וַיּוּשַׂם Fut. 2. hophal à th. שׂוּם posuit 1. 22. 15.

Vers. 41. מֵאָלְתִּי, א non mutat (ִ) in hâc voce, 2. 2. 30.

Vers. 42. יֶשְׁךָ *es tu*, יֵשׁ Est, sunt, sed cum affixis secundæ personæ etiam eandem personam induit, & affixum redditur recto casu, ut in adverbiis plerisq; fieri solet.

Vers. 49. יֶשְׁכֶם *estis vos*, ut 42.

Vers. 65. הַלָּזֶה iste, 2. 5. 5.

Vers. 67. הָאֹהֱלָה ut supra, 19. 23. Est autem & hic penacutum ex regula 2. 8. 6. nec obstat quod accentus sit supra ultimum ה, Est enim Pasta unus ex accentibus postpositivis, 2. 11. 11. & quidem hic geminatur ejus figura, priore tamen ostendente propriam sedem accentus. Vide cætera istius paragraphi.

Caput XXV.

Vers. 23. מִלְּאֹם *præ gente*, pro מִן, 1. 2. 31. de reliquo vide, 2. 8. 17.

24. תוֹמִם gemelli, pro תְּאוֹמִים.

27. אֹהָלִים, ut suprà cap. 13. 5.
29. וַיָּזֶד, Vulgò deducunt à זוּד ut sit, pro וַיָּזֵד Fut. 2. hiphil. Nos dicamus esse regulare à זיד, ut וַיָּבֶן, quod ejusdem significationis sit cum זוּד, ut מול נמל & מול.
31. מִכְרָה *vende*, Futurum 1. Kal cum ה parag. pro מְכוֹר, planè ut נִצְּרָה, 1.10.8.
34. וַיֹּאכַל, Retrahitur accentus, licet in ultimâ sit phatach.

Caput XXVI.

Vers. 3. הָאֵל *illas*, sic & ℣ s. 4. &c. Vide supra, 19. 8.
12. שְׁעָרִים mensuras. Mass. *non extat amplius eâ significatione*. Aliàs enim significat *portas*.
13. וְגָדֵל, Multi putant esse Infinit. Kal, pro גָּדוֹל *crescendo*, sic Kimchi, Merc. ad thes. & cl. Junius in margine. Alii tamen putant esse nomen pro participio, *& crescens*, ut חָפֵץ *volens*.
28. רָאוּ, 1. 32. 17.
29. נְגַעֲנוּךָ, tetigimus te, Præt. Kal. נָגַעְנוּ cum affixo ע pro ע.
Ibid. נְשַׁלֵּחֲךָ, Futurum 2. Phiel, pro ל.
35. וַתִּהְיֶינָה, pro וַתִּהְיֶ, Futurum 2. Kal, ab הָיָה.

Caput XXVII.

Verſ. 3. צֵידָה, Duplex lectio, una cum ה, צֵידָה, altera, quæ in margine notata, ſine ה, צֵיד cujus puncta voci quæ in textu eſt, addiderunt, unde notat Maſora, in Keri, id eſt, lectione probabiliori יתיר ה, redundare ה. Maſora addit hic diſſentire R. Nachmanem, qui legit ut ſcriptum eſt צֵידָה Eſtque unum, inquit Maſora ex 21. vocibus, quæ in fine ſcribuntur cum ה, at leguntur ſine ה.

21. וַאֲמֻשְׁךָ *ut palpem te*, Futurum 2. Kal, pro שׁ cum Dages, ut ſuprà ℣ſ. 12. th. eſt מָשַׁשׁ, ſine Affixo אָמוּשׁ pro אָמֻשׁ, 1. 25. 9.

26. וּשְׁקָה *& oſculare*, Futurum 1. Kal, à נָשַׁק cum ה parag. & שָׁ pro שַׁ, ut à גש fit גְשָׁה.

29. וְיִשְׁתַּחֲוֻ, legitur יִשְׁתַּחֲווּ Fut. 2. hithphael, 1. 36. 5. Ergo duplex lectio.

34. אָנִי pro לִי *mihi*, ſic etiam ℣ſ. 38.

41. אַהַרְגָה, 1. 10. 18.

45. קַצְתִּי Maſora, קוף זעיר, *Koph parvum*, & ſic ſcribitur in accuratis codicibus, ad indicandum, fore, ut vita ſua diminuatur ſi Jacob ad exemplum fratris Eſau connubium ineat cum filiabus Heth. Ita Ebræi,

CAPUT XXVIII.

Verſ. 2. בִּיתָה, 2. 8. 6.

10. שֶׁבַע pro שָׁבַע ex שֶׁבַע

11. מְרַאֲשֹׁתָיו cervicalia ſua, thema eſt ראש. *Caput*, caret ſingulari.

CAPUT XXIX.

Verſ. 9. רֹעָה, Maſora notat eſſe in triplici ſignificatione, hic enim ſignificat *paſcentem fæminam*, een herderſe, Gall. *bergere.* Partic. præſ. fæm. Kal, à רָעָה, 2. confringere, Jeſ.29.19. Infin. Kal, cum ה parag. à רָעַע, 3. malum, vitiatum, Prov. 29. 19. à רוע.

10. וַיָּגֶל à גָּלַל, Fut. 2. hiphil, ut יָסֵב & cum ו, וַיָּסֶב Maſora notat bis occurrere, ſed בִּתְרֵי לִשְׁנָיָא *in duabus ſignificationibus.* Locus alter eſt Pſ. 16. 9. ubi ſignificat *exultabit* à גול.

20. בְּאַהֲבָתוֹ, nomen eſt ab אַהֲבָה *amor.* Referri autem debet locutio ad 2. 1. 31.

21. הָבָה 1. 10. 14. obſervat Maſora in hac ſignificatione non amplius ſcribi cum accentu in ultimâ.

CAPUT XXX.

Verſ. 6. דָּנַנִּי *judicavit me*, pro דָּנַנִי, Th. דין.

11. בָּגָד *venit turma.* Massora, unum ex 15. vocibus, quæ scribuntur ut una, & leguntur ut duæ. Legitur ergo ac si esset בָּא גָד.

14. חִטִּים Sing. חִטָּה, Vulgò ducunt à חָנַט nullâ necessitate, nos à חָטַט ducamus, ut sit cæteris analogum.

18. יִשָּׂשכָר hîc semper redundat ש.

28. נְקֵבָה, *nokba*, 1.10.8.

37. מַקֵּל ex Absol. inusitato מַקָּל.

38. שִׁקְתוֹת pro שִׁקְתוֹת in Regim. ex absoluto שְׁקָתוֹת, 1.7.18.

Ibid. וַיֵּחַמְנָה pro וַתֵּחַ 1.10.20. Fut. 2. Kal, à יָחַם 1.10.22.

39. וַיֶּחֱמוּ, Fut. 2. Kal, pro וַיֵּחַמּוּ ut יִשְׁבּוּ ab eodem th.

41. לְיַחֲמֶנָּה, Infin. Phiël יִחֵם cum affixo fœmin. sing. *ad incalescendum eam*, id est, cum unaquæque earum incalesceret. Alii putant esse affixum plural. num. pro לְיַחֲמָן cum ה parag. & Dages Euphonico.

42. בְּהַעֲטִיף, Mass. *Phe magnum.* Buxtorf. ad notandam magnam astutiam Jacobi, & ad indicandum, finem operæ amplè testaturum de principio. Item פ notat פִּרְעָנָה vindictam, illud nempe opus fore vindictam ingratitudinis Labanis.

CAPUT

CAPUT XXXI.

Verſ.7. הֵחֶל 1.14.3. & הֵ pro הֶ 2.11.8.

27. וַתִּגְנוֹב אוֹתִי *& furtim ſurripuiſti te à ne.* Nota אוֹתִי eſſe poſitum pro מֵאִתִּי ut & infra 34. 2. vide notas Junij ad hunc verſum 27. & 20.

Ibid. וָאֲשַׁלֵּחֲךָ vide ſupra ad 26. 29.

32. גְּנָבָתַם 2. 4. 13. Male ſcribitur cum ־ in Interlin. tunc enim accentus eſſet in ultimâ.

36. מַה־חַ׳ Maſſ. Duo ſunt cum phathach ante ח, locus alter eſt Job. 21. 21.

39. אֲחַטֶּנָּה Futurum ſecundum Phiel cum aff. pro אֲחַטְּאֶנָּה à חָטָא, confuſis ordinibus.

Ibid. גְּנֻבְתִי part. præt. Kal. cum Jod paragog. & in Regimine. Eſt & (׳) pro (ו) 1. 10. 29. & בְ pro בִ.

CAPUT XXXII.

Verſ. 4. וָאֵחַר Futurum ſecundum Kal. 1. 10. 21.

7. וַיֵּצֶר Futurum ſecundum Kal à יָצַר 1. 10. 22. Confer. 2. 9. 12.

19. בְּמוֹצַאֲכֶם *in inveniendo vos,* Inf. Kal cum aff. pro בְּמְצֹאֲכֶם.

26. וָאֲשַׁלֵּחֲךָ pro לְ.

14. Duo versus notati sunt in Lege, quorum voces singulę desinunt in ם / hic & Num. 29. 33.

CAPUT XXXIII.

Vers. 1. וַיַּחַץ / 1. 32. 12.

4. וַיִּשָּׁקֵהוּ / Vox extra ordinem puncta-ta. Varias ejus rei reddunt causas. Qui probabilius loquuntur, ajunt eo ipso notari animi Esavici conversionem, ut qu animo hostili egressus erat in occursum fratris, potius לְנַשְּׁכוֹ / *ad mordendum eum* nunc osculatus sit eum ex toto corde Deo fraternæ charitatis affectum in ipsi commovente.

11. הֻבָאת *adducta est*, pro הוּבְאָה præt hophal à בוא /

CAPUT XXXIV.

Vers. 2. אוֹתָהּ pro אִתָּהּ cum eâ.

3. הַנַּעֲרָ / vide supra 24. 14.

15. נֵאוֹת & ℣s. 23. נֵאוֹתָה cum ה parag & ℣s. 22. יֵאֹתוּ *consentient*, Fut. secundum Kal compositum ex duobus ordinibu יָאַת & אוּת / planè ut יֵבוֹשׁ 1. 20. 10.

22. נִמֹּלִים / part. præs. Niphal à נָמַל / Es autem holem pro Kamets, quasi ex ordi ne Monosyllaborum simplicium.

31. הַכְזוֹנָה *an tanquam [cum] scorto?* In Ebręis codicibus est magnum ז, quod Masora etiam notavit in margine ז׳ רברתי, D. Buxt. non meminit in suo catalogo: fortè adhibitus hic character ad notandam magnam insolentiam, quæ in his verbis Filiorum elucescit.

Caput XXXV.

Vers. 22. Circulus o denotat Pausam. Masora, *25. versus sunt, in quorum medio est spacium vacuum.* Putant id relictum esse, ad excitandam in animo lectoris considerationem, quam grave fuerit Jacobo, hoc filii & quidem primogeniti facinus intelligere.

Caput XXXVII.

Vers. 12. אֶת־צֹאן, vox ETH extra ordinem punctata est, ad indicandum, inquit R. Sal. quod iverint magis ad pascendum semetipsos, quàm gregem.

Caput XXXVIII.

Vers. 14. וַתְּסַר Fut. secundum hiphil, penacutum, 2. 9. 13. Dico esse penacutum, nam Teliça minor est ex accentibus postpositivis, 2. 11. 11.

24. הָרָה *gravidæ*, subintelligitur, est Nomen Toar, ne putes esse verbum Tunc enim fuisset הָרְתָה/

Caput XXXIX.

Vers.16. וַתַּנַּח & deposuit, Futurum secundum hiphil pro וַתַּנִּיחַ/ 1.12.6.

20. אֲסוּרֵי/ Legitur tamen אֲסִירֵי/

Caput XL.

Vers. 16. חֹרִי *foraminum*, pro חוֹרִים 1.6.14. Thema est חוּר/

20. הֻלֶּדֶת pro הוּלֶּדֶת compositum est e Infinito Kal לֶדֶת & Hophal הוּלַד/

Caput XLI.

Vers.1. שְׁנָתַיִם יָמִים *biennij dierum*, id e integri, ut Gen. 29.14. *mensis dierum*, hy pallage, pro, *dies mensis*, id est, tot die quot constituunt mensem. Est & hi Enallage status absoluti pro contracto 2.1.41.

21. קִרְבֶּנָה *ventrem earum*, est pro קִרְבָּן & ה est parag.

33. יֵרֵא * cum gemino tzeri & accent in ult. utrumque præter morem. Et si non occurrit amplius, inquit Massora Alias scribitur יֵרָא/ 1.32.12. ut יָגֵל pro גָּלָה

* Ita habent Codices Veneti & Biblia magna Buxt. At Interlin. & Steph. יֵרָא acutum quidem, at cum segol in fine.

Vers. 42

43. אֲבָרֵךְ pro הֲבָרֵךְ / 1. 12. 16.
51. נַשַּׁנִי Præt. Phiël pro נִשְּׁנִי à נָשָׁה /

Caput XLII.

Verſ. 4. יִקְרָאֶנּוּ *eveniat ei*, pro יִקְרֶנּוּ. Fu-
turum ſecundum Kal à קָרָה / ſed con-
funduntur ordines, 1. 36. 8. & ſeq.
38. וּקְרָאָהוּ *& obvenerit ei*, pro קָרָהוּ / ut
verſ. 4.

Caput XLIII.

Verſ. 29. יָחְנְךָ *miſereatur tui*, pro יָחֳנְךָ.
Futurum ſecundum Kal ut *jaſωb*, à חָנַן /
1. 4. 35.

Caput XLIV.

Verſ. 16. נִצְטַדָּק / Vide 1. 16. 2. Futurum
ſecundum hithphaël.

Caput XLVI.

Verſ. 4. מֵרְדָה *à deſcenſu*, nomen verba-
le ex Kal à th. יָרַד /

Caput XLVII.

Verſ. 13. וַתֵּלַהּ / 1. 32. 12. à th. לָהָה /
15. וַיִּתֹּם / 1. 25. 15.
16. הָבוּ *date*, ſemper cum Kamets, pro
הֵבוּ / Futurum 1. Kal à יָהַב / 1. 10. 14.

19. תָּשֵׁם / Kamets pro phathach propter accentum, Quidam volunt esse Futurum secundum Kal pro תֶּאְשַׁם ab יָשַׁם vide 1.10.21. in fine. Alii volunt esse Futurum 2. Niphal pro תִּשַּׁם à שָׁמַם / 1.25.14

Caput XLVIII.

Vers. 9. וַאֲבָרְכֵם Masora ל / id est, *non occurrit amplius cum segol.* Debuisset esse כֵם / In voce antecedente קָחֶם alia ratio Ibi enim Maccaph mutat (·) in (∵) e regula.

Caput XLIX.

Vers. 1. יִקְרָא *eveniet* pro יִקְרֶה / 1.36.1

6. תֵּחַד Fut. 2. Kal pro תֶּאֱחַד / 1. 10. 2 in fine.

10. שִׁילֹה *tranquillator, Salvator,* à themate שָׁלָה / unde שַׁלְוָה *tranquillitas,* unde Lat. Salvere, salvus, salvare, &c. 1. 3 form. 5.

Ibid. יִקְּהַת / Dages Euphonicum.

11. עִירֹה & in fine versus סוּתֹה / ה pro 2. 2. 7. Illud verò est à עַיִר pro עִירוֹ / 2.2.10 Sunt insuper in eodem versu duæ voces cum Jod parag.

12. לְבֶן *albus,* pro לְבָן / In statu regiminis, ex absoluto לָבָן /

Vers. 1;

17. עֲקֵבַי / Dages Euphon. ex absoluto עֲקֵבִים /

22. פּוֹרָת pro פּוֹרָה Part.præs.Kal fœm. gen. ut *golah*, 1. 32. 18.

23. וָרֹבּוּ / 1. 25. 5.

Caput L.

Vers. 23. שִׁלֵּשִׁים pro לּ Excipitur à regula, 1. 6. 2. In codicibus Ebræis est magnum ם finale. Causam nullibi invenio, nec Buxtorfius hujus loci meminit in Comm. Massoret. cap. 14.

26. וַיִּישֶׂם Mas. *non extat amplius*, *& sic scribitur & sic legitur*, q. d. ita constanter invenimus scriptum in omnibus codicibus. Erit Futurum 2. Kal à שָׂם *repositus est*, ut וַיִּנַק / 1. 10. 22. Phathach autem in (ִ) ut Gen. 2. 7. & 9. 24. vide illic. Porro in codicibus Ebræis hæc sequuntur sine punctis, *Numerus versuum libri Bresith, id est Geneseos*, *1534.* *quorum memoriale est* אך לד (א enim ante alios numeros valet 1000, ד 500, &c.) *Et* * *medium libri illic est*, Et super gladio tuo vives (27. 40.) *Sectiones ejus sunt 12. quorum memoriale est* אחאב *Achab*, *Capita ejus sunt* 43. (Nota, Masoritas aliter distribuere capita quam nos, vide singulorum librorum

* Id est medius versus.

capita Masoretica in principio * magnorum Bibl. Venet.) *quorum memoriale est* יְדִידְיָה; *Et literæ libri sunt* 4395.

* Ibi tamen tantum numerantur 42.

EXODVS.

Caput I.

VErs. 1. תִּקְרֶאנָה pro רֵ׳ 1.36.8. Thema est קָרָה/

16. וָחָיָה pro וְחָיְתָה/ Præt. Kal, penacutum est ad differentiam Masculini.

Caput II.

2. יְרָחִים plur. à sing. יֶרַח/

3. וַתַּחְמְרָה *& oblivit illam*, pro ־רָהּ Masora non extat amplius & non est Mappicatum.

4. וַתֵּתַצַּב pro וַתִּתְיַצֵּב/ Futurum secundum hithphaël.

Ibid. לְדֵעָה ad sciendum, nomen pro Gerundio לָדַעַת à יָדַע/

9. וַתְּנִיקֵהוּ Futurum secundum hiphil à themate נוּק/ quod significat idem quod יָנַק/ Extra affixum esset תְּנִיק/

13. נִצִּים *rixantes*, Part. Niphal. à th. נָצָה/

20. קִרְאֶן *vocate*, pro קְרֶאנָה/ 1. 28. 11.

Cap.

Caput III.

Verſ. 2. בְּלַבַּת pro בְּלַהֲבַת vel בְּלַהֶבֶת in
ammâ.

Caput IV.

Verſ. 2. מַזֶּה Maſora, Legitur מַה־זֶּה
t ſupra Gen. 30. 11.
29. יֵאָסְפוּ / 1. 10. 17.
31. יִקְרוּ / Futurum ſecundum Kal à קָרַר /
. 25. 9.

Caput V.

Verſ. 3. נִקְרָא pro נִקְרָה /
7. תְּאסִפוּן / Futurum ſecundum hiphil
יֹסֵף pro תוֹ־ / א pro Jod, 1. 1. 18.
14. חָקְכֶם pro חֻקְּכֶם vel חָקְכֶם / 1. 2. 32.
16. וְחָטְאַת & *peccat*, cum peccet, Præt.
Kal. tertiæ perſonæ fœm. gen. pro וְחָטְאָה /
. 28. 9. non poteſt eſſe nomen.

Caput IX.

Verſ. 18. הוּסָדָה pro דָּה־ Infin. Niphal à
יָסַ cum affixo. Maſ. *non extat amplius*
ſine Mapphik.
23. תְּהַלֵּךְ / Fut. ſecundum Kal pro תֵּהֵ־ /

Caput X.

Verſ. 1. שִׁיתִי ponere me, Infin. hiph
cum affixo & aphæreſi literæ ה, 1.22.1
3. לְעָנוֹת, 2.7.10. Infin. Niphal cum
Gerundiali.

Caput XIV.

Verſ. 11. לְהוֹצִיאָנוּ pro א,

Caput XV.

Verſ. 2. וְזִמְרָת, 2.1.41. in fine.
5. יְכַסְיֻמוּ *operient*, id eſt, operuerunt, *eo*
Futurum 2. Phiel יְכַסּוּ ut *jegallu*, à כָּסָה cu
Affixo poëtico & (ִ) pro ו,
6. נֶאְדָּרִי *glorioſus*, pro נֶאְדָּר, Part. præ
Niph. cum Jod parag. Eſt autem נֶא pr
נֶאֱ, 1.10.31.
16. אֵימָתָה formido magna, 1.7.7. in fin
Ibid. יִדְּמוּ pro יִדַּמּוּ Futurum ſecundu
Niphal à דָּמַם, 1.25.16.
17. מִקְּדָשׁ, Dages Euphon. 1.2.31.

Caput XVI.

Verſ. 2. וַיִּלִּינוּ, in Margine legitur, יִלּוֹנוּ
Eſt ergo duplex lectio, Si ſcribatur cu
Jod in medio, ut in contextu, erit futu
rum ſecundum hiphil, & punctandu
eſſe

ſſet ſic, יִלִּינוּ pro יָלִינוּ, 1. 20. 2. Si cum
au, ut in margine, erit Niphal, ut ſupra
quoque 15. 24. Thema eſt לון, Jam verò
hanc lectionem magis probam rati, ejus
vocales conſonantibus alterius lectionis
adjecêre.

Contra ℣ſ. 7. תִּלּוֹנוּ ſcribitur ejuſmodi
conſonis, quæ ſint Futuri ſecundi Niphal, תִּלּוֹנוּ, At legitur in margine תַּלִּינוּ
Fut. ſecundum hiphil pro תָּלִינוּ, 1. 20. 2.
cujus vocales conſonis alterius lectionis
adduntur.

9. תְּלֻנֹּתֵיכֶם *murmurationes veſtras*, pro
תְּלוּנוֹ, A th. eodem. Ibid. מַלִּינִים Part.
præſ. hiphil pro מְלִינִים,

20. וַיָּרֻם, ita legunt duæ Editiones
priores Venetæ, Interlin. & Steph. At
poſterior Veneta & Baſil. D. Buxtorfii
וַיָּרֶם, Illud erit Futurum ſecundum Kal,
hoc Hiphil à רָמַם, ultima vocalis utrobiq; mutatur ob vau converſivum, 2. 9. 12.

23. אֵפוּ *coquite*, Futurum ſecundum Kal
pro אֱפוּ aut ֱ ab אָפָה, 1, 32. 8.

CAPUT XVII.

Verſ. 1. וַיִּסְעוּ *& profecti ſunt*, à נָסַע, Dages
excidit ex ס, ut & in voce לְמַסְעֵיהֶם pro ס,
hoc eodem verſu.

Verſ. 16.

16. כַּס folium, per apocopen pro כִּסֵּא:

Caput XVIII.

Verſ. 7. הָאֹהֱלָה / 2. 8. 6.

9. וַיִּחַדְּ & lætatus eſt, 1. 32. 13.

21. עֲשָׂרוֹת hîc decurias ſignificat. Pugnaret aliàs cum regula 1. 7. 12.

26. יִשְׁפּוּטוּ Futurum 2. Kal pro פֹּ /

Caput XX.

phanai. Verſ. 3. פָּנָי * Nota magnam anomaliam eſſe in Decalogo quoad concurſum duorum accentuum. Unde in hac voce ratione accentus magni eſt Kamets ſub Nun; at cum altero accentu Phathach.

5. תָעָבְדֵם Futurum ſecundum Kal, pro תַּעֲבוֹר à תַּעַבְדֵם /

Ibid. שִׁלֵּשִׁים / vide ſupra Gen. 50. 23 Eadem eſt ratio τῷ רִבֵּעִים /

10. וַיָּנַח Fut. ſecundum Kal. 2. 9. 13.

12. תִּרְצָח / Multi putârunt eſſe phathach furtivum, contra regulam, 1. 2. 23. Sed optimè obſervatum eſt à D. Schindlero, eandem eſſe hic rationem, quæ in præcepto primo in voce פָּנָי ob duplicem accentum, ut Kamets ſit ſub צ ob accentum magnum, phathach verò cum accentu altero.

Caput

Caput XXI.

Verſ. 8. לא / *non*, legitur לו ei. De is infra ſeorſim.

Caput XXIII.

Verſ. 21. תְּמֵר Fut. ſecundum hiphil pro תָּמֵן ut *jaſeb*, à מָרַר / 1. 20. 2.

24. תְּעַבְּדֵם ut ſupra 20. 5.

Caput XXV.

Verſ. 29. יֻסַּף Fut. ſecundum hophal pro יוּסַף / 1. 27. 10.

31. תֵּיעָשֶׂה Futurum ſecundum Niphal cum Jod quieſcente præter conſuetudinem, 1. 32. 27. Quomodo autem hîc nugentur Rabbini, vide in Gramm. Buxtorf. lib. 1. cap. 34.

Caput XXVII.

Verſ. 19. יְתֵדֹתָיו paxilli ejus. Singul. eſt יָתֵד plur. יְתֵדוֹת / 1. 7. 18. Conſtr. יְתֵדוֹת hoc eodem verſu, 1. 7. 10. Dicendum ergo erat יִתְדֹתָיו ex regulâ, 2. 2. 34.

Caput XXVIII.

Verſ. 29. הָאוּרִים Eſt à themate אור *luxit*, non à יָרָה *docuit*, ut * Bellarm. contra ſuam

* De Pontif. Rom. 4. 3.

ſuam ipſius conſcientiam & omnium etiam Pontificiorum communem ſententiam contendit. Sic & תְּמִימִם plur. à תֹּם *integritas*, non ab אָמֵן *verax fuit*, ut idem vult, ſed à תָּמַם/ Vide hâc de re prolixè cenſuram noſtram ad vulgatam verſionem quinque librorum Moſis, & quidem ad hoc ipſum caput. Et Rainoldi cenſuram in libros Apocryphos tom. 2. p. 1376. lect. 226.

Caput XXIX.

Verſ. 35. אוֹתָכָה cum ה parag. pro אוֹתְךָ 2. 10. 7. in fine.

Caput XXX.

Verſ. 31. יֹסֵף Futurum ſecundum Kal à יָסַף/ 1. 10. 22.

Caput XXXI.

Verſ. 13. וּמְחַלְלֶיהָ & polluentes illud, id eſt, quiſque polluentium, violantium, &c. Part. præſ. phiel cum affixo, pro מְחַלְלֶיהָ

Caput XXXII.

Verſ. 1. מָה Maſ. *Viginti quatuor locis legitur, & ſic ſemper ante voces à ח & ע incipientes: exceptis ſeptem, quorum quinque ſunt*

nt cum (ד) *& duo cum phathach.*

4. וַיִּצֶר *& formavit*, Fut. secundum Kal
o יָצוּר ut *jabun* à th. צוּר/ At propter Vau
onversivum & ultimam Resch est Pha-
ach, 2. 9. 13. in fine.

5. לְצַחֵק ad ludendum, pro ח/ Infin. Phiël.

Caput XXXIII.

Vers. 3. אֲכֶלְךָ consumam te, Futurum
cundum phiel pro אֲכַלֶּךָ à כָּלָה/

8. הָאֹהֱלָה Vide Gen. 19. 23.

14. יֵלְכוּ pro ל/ 2. 11. 2.

Caput XXXIV.

Vers. 7. נוֹצֵר Mas. ז רַבָּתִי/ Nun magnum, *d considerandam magnitudinem gratiæ Dei, uæ se in millena millia, id est, in infinitum xtendit erga eos qui fœdus ejus observant, uxta illud*, Ps. 25. 10. &c. Buxtorf.

Ibid. שִׁלֵּשִׁים &c. Vide ad Exod. 20. 5. & Gen. 50. 23.

14. אַחֵר Magnum Reç, *ad indicandam nagnitudinem peccati, Deo alieno servire, & onsiderandam differentiam inter* אַחֵר *alienus*, & אֶחָד *unus, ut in illo*, Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus אֶחָד unus est, *unde studiosissimè cavendum ne serviamus Deo* אַחֵר *alieno & ficto.* Buxtorf.

Caput.

Caput XXXIX.

Verſ.27. כָּתְנוֹת Vide ad Gen. 3. 21.
28. פַּאֲרֵי pro פְּאֵרֵי ex ſingul. פְּאֵר / Ita vulgò. At quid ſi à פְּאָר deducamus, formæ כְּתָב / 1.11.2.

Caput XL.

Verſ.31. בְּקָרְבָתָם *dum accedunt illi*, Infinitum Kal cum ה paragog. & affixo. ה verò paragogicum in ת vertitur, 2.4.47
In Ebræis Bibliis hæc adjiciuntur, *numerus verſuum hujus libri Veëlle ſhemot ſunt* 1209. *& memoriale iſtius numeri e* ארט״ / *Sectiones ejus ſunt* XI. *& capita* 29 (vide ad Geneſin) *& medius verſus eſt, n maledicito Diis*, 22. 28.

LEVITICVS.

Caput I.

Verſ.1. וַיִּקְרָא Maſora, *parvum* א / cauſ quam adferunt Ebræi non eſt digna ut hîc aſcribatur.

Capu

CAPUT VI.

Verſ. 2. aliàs V. 19. בִּתְשׂוּמֶת *in depoſitione*, pro מֶת /

3. al. 10. מִדּוֹ *veſtem*, cum ו parag. pro מַד /

13. al. 20. קָרְבָּנוֹ in optimis codicibus non ſcribitur cum (ָ) ſed phathach, ac proinde non eſt anomalum.

14. al. 21. תֻּפִינֵי *coctiones*, ab אָפָה /

CAPUT VIII.

Verſ. 16. חֶלְבְּהֶן pro חֶלְבָּן / ſic & ℣. 25.

CAPUT X.

Verſ. 6. תִפְרָעוּ pro ר / 2. 11. 6.

13. חָקְךָ pro חָקְךָ vel חֻקְךָ / 1. 2. 31. Nomen חוק à חָקַק /

19. הַיִּיטַב *an bonum eſſet*, pro הֲיִיטַב /

Ibidem וַתִּקְרֶאנָה *& evenerunt*, pro ר' à קָרָה / 1. 36. 9.

CAPUT XI.

Verſ. 30. Vide Deut. 29. 28.

43. גָּחוֹן ſcribitur cum majuſculo Vau, ut doceatur lector hanc eſſe mediam literam in Lege & ſimul inculcetur magnitudo abominationis iſtorum reptilium, quæ ſuper ventrem gradiuntur, Buxtorf.

Caput XIII.

Verſ. 33. וְהִתְגַּלַּח Maſora, magnum Gimel. Volunt eſſe memoriale trium qui radi tenebantur, Majorennis, Levitæ & Nazireus præſentiâ cadaveris pollutus. Vide Buxtorf.

56. כִּהָה Præt. Phiel, aliis eſt nomen. Ibid. הִכַּבֵּס Infinitum compoſitum ex hophal & hithphaël, pro הִתְכַּבֵּס/

Caput XIV.

Verſ. 42. הַקְצוֹת Inf. hiphil. pro הַקְצוֹת ut הִגָּלוֹת/

Caput XVI.

Verſ. 1. בְּקָרְבָתָם ut ſupra Exod. 40. 31.

Caput XVIII.

Verſ. 6. תְּגַלֵּה cum tzeri pro ſegol, atq; ita ſæpius hoc capite, 1. 36. 10.
26. הָאֵל illas, vide Gen. 19. 8.

Caput XIX.

Verſ. 20 חֻפְשָׁה libertas ejus pro ה/ Abſol. חֹפֶשׁ/

Caput XXI.

Verſ. 9. תֵּחֵל Alii reddunt *inceperit*, ut ſit Futurum ſecundum hiphil pro תָּחֵל ut תָּסֵב./ Alii, *profanaverit ſe*, ut ſit Futurum Niphal, pro תֵּחֵל ut תִּסֵּב/ At hic tzere ſub ח ob ſequens ח. Thema erit חָלַל/

Caput XXV.

Verſ. 5. עִנְּבֵי *uvæ*, pro עִנְבֵי ex abſoluto עֵנָב עֲנָבִים/

21. וְעָשָׂת *& faciet*, 1.32.6. Cæterùm quod ad vocem יוֹבֵל attinet, quæ hoc capite ſæpius occurrit, ea non *arietem* ſignificat, ſed *ἀναγωγὴν*, *reductionem*, שְׁנַת יוֹבֵל ἔτος τῆς ἀναγωγῆς, LXX. ἔτος ἀφέσεως, *annus remiſſionis*, Philo, ἀποκαταστάσεως, *reſtitutionis*, Lex. vetus, *emancipationis*, Joſephus, τῆς ἐλευθερίας, *libertatis*. Thema יָבַל *adduxit*, *reduxit*, &c. Reducebat enim iſte annus omnes ad vetuſtas ſedes, ad antiqua hæreditatum jura, primas vivendi conditiones, libertatem & remittebantur debita. Lev. XXVI. 15. לְהַפְרְכֶם *ut irritum faciatis vos*, pro לְהָפִירְכֶם/ Infinitum Hiphil הָפֵר à פּוּר/ CAPUT XXVI.

16 וּמְדִיבוֹת *& dolore afficientes*, pro מַדְאִיבוֹת/ Part. hiphil à דָּאַב/ niſi potius

 ut de-

ut deducamus ab obſoleto רוּב / & tunc erit regulare, ut מְבִינוֹת /

33. אֲזָרֵה Fut. ſecundum Phiel pro אֲ /

34. הָשַּׁמָּה deſolari ejus, id eſt, deſolationis ejus, quibus deſolata erit, Infinitum hophal pro הוּשַׁמָּה. At ſi legamus ſine Dages in שׁ / poſſet deduci ab Infinito hiphil הָשֵׁם / Th. eſt שָׁמֵם. Sic & ℣ſ. 35.

Ibidem הִרְצָה pro הִרְצְתָה / 1.36.3.

43. בְּהָשַּׁמָּה in deſolari eam, Infinitum hophal, tranſpoſitis literis & excidente rurſus Mapphik, pro בְּהָשַּׁמָּהּ /

Caput XXVII.

Verſ. 23. הָעֶרְכְּךָ bis, planè anomalum eſt & contrarium regulæ, 2. 3. 39. Dum enim dicitur, quod articulus ה præfigatur nomini integro, excluduntur contracta, id eſt, ea quæ ſiue ob regimen ſive ob affixa contrahuntur. Quin &, etiamſi nulla fiat contractio, articulus non niſi valde irregulariter præponitur vocibus, ſive aliud nomen, ſive affixum loco nominis regentibus.

In Ebræis Bibliis hæc à Maſoritis adjecta ſunt. *Numerus verſuum hujus libri eſt 859. memoriale ejus eſt* נֹּטֵף / *verſuſque medius eſt,* qui tetigerit carnem fluidi, 15.7.

NUME-

NVMERI.

Caput I.

VErs. 2. לְגֻלְגְּלֹתָם per crania, id est, capita sua. Si esset à גֻּלְגֹּלֶת esset irregulare. Si verò à גֻּלְגֹּלֶת/ regulare, plur. גֻּלְגְּלוֹת / 1. 7. 14. in Regim. גְּ / Confer Jud. 9. 53. ubi est גֻּלְגָּלְתּוֹ /

16. קְרִיאֵי Legitur קְרוּאֵי part. præt. Kal.

18 וַיִּתְיַלְדוּ Futurum 2. hitphael pro לְ / At absentiam Dages compensat Metheg, ac proinde videtur scheva incoare novam syllabam, vide Addit. 3. ad cap. 3. lib. 1. pag. 223.

47. הָתְפָּקְדוּ vide in Gramm. p. 235. literâ ה / Sic & 2. 33.

Caput III.

Vers. 39. וְאַהֲרֹן Masora, x. *voces punctatæ sunt* (extraordinariè) *in Lege.* N.B. *in lege*, nam in toto Vet. Test. sunt xv. Ex illis hæc quoque vox est, ad indicandum, quod Aharon non fuerit ex numero vel censu isto, scilicet Levitarum. R. Salomo.

Caput VII.

Multi versus sine punctis scribuntur. Repetuntur enim in oblatione cujusque diei & principis eadem, quæ versibus 13. 14.15.16.17. cum punctis exhibita fuerant. Inde ergo petenda punctatio.

Caput VIII.

Vers. 7. הַטְּהֹרִי / 1. 16, 5.

Caput IX.

Vers. 2. הַפָּסַח Mas. *non reperitur amplius cum Kamets præterquam hic* (cum Tiphcha) *& in omni Athnach & Siluk*.

10. רְחֹקָה vide ad 29. 13.

Caput X.

Vers. antepen. בִּנְסֹעַ Nun inversum, Mas. ix. versus sunt in quibus est hujusmodi signum inversi nun. hic verò putatur nun inversum ad innuendum, ut sic retrorsum agantur omnes hostes Israëlitarum.

Vers. ult. רִבְבוֹת Gramm. p. 237.

Caput XI.

Vers. 1. כְּמִתְאֹנְנִים Et hic prius Nun inversum,

verſum, ut eſſet ſymbolum perpetuum perverſitatis populi, inter tot illuſtria ſigna liberationis & maximorum beneficiorum Dei acerbè quiritantium & ſe ab eo avertentium.

4. וְהָאסַפְסֻף *& colluvies,* ab אָסַף pro הָאָ /

11. הָרְעוֹתָ pro הֲרֵי ut *habinótha,* 1. 22. 4. Ibidem מָצָתִי / 1. 28. 4.

12. יְלִדְתִּיהוּ pro לְ / Præt. Kal cum affixo, 1. 10. 4.

15 אַתְּ pro אַתָּה ex magnâ perturbatione, 2. 3. 14. Hiſcuni, *Moſes totus poſitus erat in irâ, & non poterat complere vocem, ut diceret* אַתָּה / *ſicut homo, qui ſuſpirat in principio ſermonis ſui, non poteſt complere halitum ſuum.*

16. אֶסְפָה *congrega,* Fut. 1. Kal אֱסוֹף cum ה paragog.

20 לְזָרָא *in nauſeam,* א pro ה / ex chaldaïſmo.

25. וַיָּאצֶל *& ſeparavit,* pro וַיַּאֲצֵל Fut. 2. hiphil, 1. 12. 14.

26. הָאֹהֱלָה ut Gen. 19. 23.

31. שַׂלְוִים *coturnices,* planè anomalωs flectitur à ſingulari שְׂלָו verſ. 32. Quid ſi ab obſoleto שְׂלָוָה?

CAPUT XIII.

Verſ. 20. הַבְּמַחֲנִים / 2. 5. 2.

31. וַיַּהַס & ſilere fecit, compeſcuit, Futurum 2. hiphil pro יַהְסֶה / 1. 34. 8. Eſt autem hic majuſculum Samech, *ad indicandam difficultatem compeſcendi populum à clamore & contradictione poſt famam malam ab exploratoribus diſſeminatam. Maſora hoc* ס *in catalogo non numeravit.* Buxt.

CAPUT XIV.

Verſ. 16. יְכַלֵּה ut יְבֵשָׁה Gen. 8. 7.

17. יִגְדַּל magnum Jod, ad indicandum, quod ſi vel decem tentationibus populus Deum tentaret, vel decuplo plus, (*Iod* enim valet decem) adverſus eum murmuraret, tamen Dei clementiam vel decies debere ſuperare populi ingratitudinem, ne eum in deſerto occidat, habeantque Ægyptii occaſionem calumniandi, quaſi Deus non potuerit populum tam numeroſum in terram Canaan introducere, &c. Buxt.

18. שִׁלֵּשִׁים ut Gen. 50. & Ex. 20.

27. מַלִּינִים / vide Exod. 15. 35.

תְּלֻנּוֹת vide ibidem ỿſ. 34.

36. וַיַּלִּינוּ vide Exod. 15. 34.

Verſ. ult.

Verſ. ult. וַיַּכְּתוּם *& contuderunt eos*, Fut. phil, pro יַכִּיתוּ à נָכַת / 1. 12. 13. ם eſt afxum. Vulgò à כתת deducunt, nullâ eceſſitate.

Caput XVI.

Verſ. 11. תַּלִּינוּ / vide Exod. 15. 34.
41. הֲמִתֶּם / 1. 22. 2. 45. הֵרֹמּוּ / 1. 25. 13.

Caput XVII.

Verſ. 5. מַלִּינִים vide Exod. 15. 35.
Verſ ult. תַּמְנוּ *conficimur*, præt. Kal. pro תַּמְּ * quaſi eſſet à תּוּם / cum uſitatum nema ſit תָּמַם / * Vt *ſabbônu.*

Caput XVIII.

Sub finem, מִקְדְּשׁוֹ non eſt à מִקְדָּשׁ / tunc ſſet מִקְדָּשׁוֹ ſed à מִקְדֵּשׁ / & eſt regulare.

Caput XX.

Verſ. 15. וַיָּרֵעוּ Fut. 2. hiphil, 1. 22. 9. à רוע /

Caput XXI.

Verſ. 5. הַקְּלֹקֵל *viliſſimus*, Eſt à themate קָלַל primâ & ſecundâ thematis geminaâ. Et obſerva hic regulam Aben Ezræ, quam habet ad Pſ. 45. *Quando prima & ſecunda thematis geminantur, hoc fit*

ליתרון הלשון / id est, *ad auxesin significati-nis: Cum verò secunda & tertia, hoc* לחסרון לשון / id est, *ad diminutionem signi-ficationis.* Exempla, יְרַקְרַק *subviridis* אֲדַמְדָּם *subrubidus ab* אָדוֹם / יְפֵיפִיתָ *admodum pulcer fuisti* à יָפָה / &c. hanc re-gulam posses inserere Grammaticæ lib. cap. 4. aut cap. 3. ad § 16.

Caput XXI.

Vers. 27. תִּכּוֹנֵן Fut. 2. hith-phoël, per Syncopen pro תִּתְכּוֹנֵן /

30. וַנִּירָם *&, vel, postquam jaculis confe-cissemus eos*, pro יָרֵם Fut. 2. Kal cum Af. à th. יָרָה / Fut. 2. יִרֶה נִירֶה / 1. 32. 15.

Ibidem וַנַּשִּׁים *& devastavimus*, Fut. 2. hiphil pro נַאֲשִׁים ab אשם / aut est pro נָשֵׁם / ut נָסֵב à שָׁמֵם / 1. 20. 2. & hirik pr-æzere.

Ibidem, אֲשֶׁר vide infra, 29. 13.

Caput XXII.

Vers. 6. אָרָה maledic. 1. 25. 7.

11. קָבָה *execrare*, pro קָבָה Fut. 1. Kal à קָבַב / cum ה parag. & sine necessitate imitatur τὸ אָרָה / Extra paragogen esse קַב / 1. 25. 7.

30. מֵעוֹדְךָ *ex quo tu*, subaudi, possedisti

me, ve

:, vel Dominus meus fuisti. Sic Gen.
. 15. מֵעוֹדִי *ex quo ego*, subintelligitur fui,
:i.
31. וַיִּקּוֹד Fut. 2. Kal, 1. 25. 9.

CAPUT XXIII.

Verf. 4. וַיִּקָּר Fut. 2. Niphal, cum apo-
pe τῶ ה / 1. 32. 27.
7. זָעֲמָה *deteftare*, Fut. 1. Kal pro זְעֹמָה
m ה paragog. pro וְעוֹם /
8. אֶקּוֹב Fut. 2. Kal, regulare à נָקַב quod
:m eft cum קָבַב / 1. 25. 9.
Ibid. קַבֹּה [*cui*] *non maledicit ei*, præt.
ıl, ut סַב / cum affixo, ה pro ו / 2. 2. 7.
13. וְקָבְנוֹ *maledic ei*, Fut. 1. Kal pro קְבוֹ vel
קְ ex fine holem, 1. 25. 7.
19. וַיִּתְנֶהֶם / 1. 16. 8.
25. קֹב ut סֹב / Infinitum Kal.
תִקָּבֶנּוּ Futurum 2. Kal ex fine Phathach
נָקַב /

CAPUT XXIV.

Verf. 5. אֹהָלֶיךָ Plur. regulare ab אֹהֶל for-
æ כּוֹכָב / אוֹצָר / &c.
6. נִטָּיוּ Præt. Niphal pro נִטּוּ / 1. 32. 2.
: 24, à נָטָה /
7. מִדָּלְיָו è fitulis ejus. Plurale vel duale
ım affixo, irregulare à fing. דְּלִי / unde
duale

duale דְּלָיִם / quod binis situlis ad h:
riendam aquam vulgò utamur, cum
fixis דְּלָיִי / & transpositis punctis, יִי
Alii putant esse Kamets magnum
parvo, דָּלְיָו *dol-jau*, ex Abs. דְּלָיִם form
מִתְנַיִם Ex sing. דְּלִי. Thema est דָּלָה *hau*
Ibidem וְתִנַּשֵּׂא Fut. 2. hithphael,
תִּתְנַשֵּׂא / 1. 16. 1.
17. פַּאֲתֵי *angulos*, ex absol. פֵּאוֹתִים *ang*
19. יֵרְד pro יֵרֵדָה / Fut. 2. Kal. 1. 32.
24. צִים *naves*, pro צִיִּים ex sing. צִי / 1.6

Caput XXV.

Vers. 8. קֻבָּתָהּ *lupanari ejus*, pro ה
Kobbathah, vel קֻבָּה à קָבַב Ebræi pro pude
do accipiunt.

12. שָׁלוֹם Mas. Vau minusculum, *ad m*
nuendum timorem Phineasi ob interfecti
Zimri, q. d. nihil esse quod metuat sibi à li
ris Zimri, vel à litibus cum ipsis, cum hoc i
facto fœdus pacis cum Deo impetrarit, qu
non tantum est fœdus pacis שָׁלוֹם */ sed etia*
(literâ ו *ex voce sublatâ) fœdus* שָׁלֵם *int*
grum & perfectum cum ipso, & liberis eju
quibus propterea etiam jus sacerdotii perp
tuum sit promissum & adjudicatum. Buxt

Capu

Caput XXVI.

Vers. 1. de hoc spacio vide Gen. 35. 22.
